ZAMOLXIS
GETARUM
LEGIS-
LATOR

404 A

£190-

ΖΑΜΟΛΞΙΣ

Primus Getarum Legislator,

Academica Dissertatione Luci publicæ restitutus.

Qua simul occasione pluscula ad Antiquitates Sveonum Gothorumq;, atq; aliarum etiam Gentium spectantia; quædam quoq; aliis ante non observata, breviter ac enucleatè in medium proferuntur.

Auctore

CAROLO LUNDIO.

UPSALIÆ,

Excudit HENRICUS Keyser/ S. R. M. & Acad. Typog. Anno cIↄ IↄcLXXXVII.

SERENISSIMO. ET. POTENTISSI-MO. PRINCIPI. ET. DOMINO.

DOMINO.

CAROLO. XI.

SVEONUM GOTHORUM

ET.

VANDALORUM.

REGI.

MAGNO. PRINCIPI. FINLANDIÆ. DUCI. SCANIÆ. ESTHONIÆ. LIVONIÆ. CARELIÆ. BREMÆ. VERDÆ. STETINI. POMERANIÆ. CASSUBIÆ. ET. VANDALIÆ. PRINCIPI. RUGIÆ. INGRIÆ. ET. VISMARIÆ. DOMINO.

PARITER. AC.

COMITI. PALATINO. RHENI. BAVARIÆ. JULIACI. CLIVIÆ. ET. MONTIUM. DUCI.

PIO. FELICI. AUGUSTO.

REGI. AC. DOMINO. MEO. CLEMENTISSIMO.

Sereniſſime Potentiſſimeq; REX,
DOMINE Clementiſſime,

AUdet hic exilis, fidæ tamen devotæque mentis libellus, ſerenis R.æ M.tis V.æ oculis ſeſe demiſiſſimè ſiſtere; quod memoriam qualemcunque ejuscemodi etiam rerũ referat, quas R.æ M.ti V.æ jam inde ab ætate tenera eſſe

cordi,oculi animiq; teſtantur omnium. Ve-
ram dico JUSTITIAM, ac Germanam
ÆQUITATEM; quæ ſuaviſſimis raræ
CLEMENTIÆ condimentis prudenter
temperatæ, R.^{m} M.^{m} V.^{m} adeo exornant,
ut perfectæ in EA ſapientiæ humanæ exem-
plar, in hoc tanto theatro proponant,
& id quidem ita reſonans, ut ad or-
bis usqve terrarum terminos, ſignificatio-
nes vocesque fauſtæ cum ingenti applauſu
circumferantur. Unde minimè mirum,
quandocunque ſic opus fuerit, ſqualore &
lacrimis pauperrimorum homulorum deter-
ſis, libertatem iisdem iniquè *jam* oppreſſis
ſanctam, & ad R.^{m} M.^{m} V.^{m} tutiſſimum
præſtari perfugium: Quin & aliis ordinis
cujusque civibus, ad hanc *S*alutis ſacram
advolantibus ancoram, tranquillatis mo-
tibus, quietam omnino ſtationem, por-
tumque aperiri exoptatiſſimum. Hunc i-

gitur

gitur in modum, & quantum humana conditio recipit, cunctis providendo, tam ſolicitè univerſos ac ſingulos conſervando, atque adeo ipſam Reip. ſummam conſtante tenore feliciſſimè tuendo, conſentiente omnium voce, meritiſſimo & *R*EX, & PATRIÆ PATE*R*, o Auguste, conſalutaris. Sed immenſus heic quidem objicitur laudum undique colligendarum campus, quem decurrere mortalium haud eſſe virium, nedum mearum tenuiſſimarum, ſummâ veneratione fateri neceſſum habeo: quare nec admittere M.^{tas} Veſtra Divinæ proxima, jure videbitur, ut iſtac occaſiuncula in eundem temerè ingrediar. Verum ad imitationem Dei Opt. *M*aximi, qui nulli vel leviſſimæ ſortis homunculo vitio vertere creditur, ſeſe colere quoquo modo poſſit, dummodo ſincerè, ſuſcipe Rex Au-

guſtiſſime ſerena fronte ſimpliciſſimum hunc cultum, leviſſimasque chartas, quæ ad aram *M.*^{tis} V.^{æ} quam ſubjectiſſimè deponuntur. Et ut huc uſque R.^{a} *M.*^{tas} V^{a} *Re*gia gratiâ me meosque conatus devotiſſimos amplecti ſuſtinuit; ita porro fovere clementiſſimè dignetur, precibus ſpei ac fiduciæ pleniſſimis oro qvæſoque. Deus Opt. *Ma*ximus *R.*^{m}*M.*^{tem}V.^{am} cariſſimæ Patriæ, & toti adeo orbi terrarum incolumem, atque etiam omnibus numeris felicem, quam diutiſſimè conſervet! ſeriſſimùmque eſſe diem jubeat, ac poſteris tantum noſtris notum, qui ſidus hoc longè fulgentiſſimum, ſidus benigniſſimum cœlo demiſſum, & terris Fatorum indulgentiâ conceſſum, cœlo rurſum reddat vindicetque! Quin & Caſtalides me pium rumpere ſilentium ju-

bent

bent, carmen etiam ab invita lyra poſcentes, quó per omina candida, aliorum quoque calida vota, & lætæ ſimul acclamationes eliciantur, altiusque inſurgant.

CAROLE *Rex Boreæ, Decus orbis, maxime victor,*
Qvem cantant artes, virtusq; ad ſidera tollit:
Juſtitiam ne *prius laudem*? Clavæ ne *labores*
HERCULEAE ? *qvos concelebrant cunctæ ordine gentes;*
Ipſa inter primas Svionũ, qvam prendere ferro,
Tot ſteterat populis, multosq; inſcendere muros
Ocius, & regnum triſti vaſtare ruina.
Non opus hoc noſtrum: quatit acer anhelitus artus.
Dicite, *quis*, MUSAE, *ſic legibus augeat orbem.*
Dicite: qvis Duri ſæva hæc incendia Martis

 Stin-

Stinxit? Stinxit Rex Summus,*qvi,ſorte ſecunda,*
Solus *reſtituit rem. Sic ſupereminet omnes*
CAROLUS, & *populis donat compluribus*
ævum.
Scilicet hoc animo, magna ut Concordia
regnis
Sit, Pietas *vigeat*, Justi *quæ mater* & Æqui;
Curia *prætexto ſat ſplendeat alta Senatu.*
Conveniunt cives, Rex *CAROLUS omnibus*
Idem:
Quisque ſuas artes,formas,pœnasque malorum
Exſolvit: ſemper gaudent juſtiſsima corda.
Haud ſatis eſſe putat leges ſanxiſſe perenneis;
Ipſe ſuis cunctis Lex *eſt ſanctiſſima mundi*
CAROLUS, ac primas magnus concedit Apollo.
Augustus *vivat! vivat! quo ſoſpite noſtræ*
Res equidem patriæ; quævis ſolatia, creſcent:
Sorte *ſalutifera dabitur ſic tangere metam.*
Quin Regina *ſuis* HEDVVIG *magno omine*
nata;

So-

SOLIBUS ARCTOIS *cuncto memorabilis orbi*,
MAGNUS AMOR *populi vivat! nec gaudia fallant!*
UDALRICA SALUS *vigeat! quæ* MAXIMA *terris*
Est REGINA, *decusq; animis cœlestibus ingens.*
Floreat & SUBOLES REGUM *dignissima regnis!*
CAROLUS inprimis, cui sceptrum sorte repostum,
BELLI *insigne ferens, & lapsa Ancilia cælo.*
Stet fortuna DOMUS! *numerent ipsiq; nepotes*
Pignora, sed PARIBUS *sic resplendentia* FATIS:
Quæ BONA, *nec metas rerum, nec secula figant!*
Hæc mea Musa levis gracili meditatur avena,
Inque pias voces se solvit præpete nisu.
Accipe clementer REX; *accipe* GLORIA REGUM,

Quæ

Quæ jam flagranti funduntur pectore vota:
Undiq; quæq; cano stricto pede, quæq; soluto,
Quamvis & tenui per humum reptantia filo.

Sac. Reg.æ Mt V.æ

Fide devotissimâ
Subjectissimus
dum vixero
CAROLUS LUNDIUS.

In antiquos antiquarum Legum Geticarum Conditores.

Εὔ νυ ΔΙΚΗΣ ἐπάκουε, λιπὼν φεῦγ' ἔσχατα δίνου:
Ὣς γὰρ ἀφαιρήσεσθαι ἄεθλον, πάντα μάλ' ἱερὰ
Ἄξιος ἐν τ' ἀγορῇ: ὅσα δ' ὄλβου μεστὰ μὲν εἴη.
Τὼ τέκετ' ἄρ δὲ ΚΡΟΝΟΣ, τοτ' ἐλεύθερον ΟΥΠΣΑΛΟΜ ἦμαρ:
Οὐδ' ἔτλη ΓΟΤΘΟΥΣ προλιπεῖν ΙΔΗΣ κορυφῇσιν.
Οἷσι νῦν Βωμοί: Σὲ δὲ αἴση κύρμα γενέσθαι
ΖΕΥΣ καὶ ὁρᾷ: Ἱροὺς δ' ἄνδρας κατὰ γαῖα καλύπτει:
Ἐν ζωοῖσι φέρει φλαύρους τε καὶ ἀλλά γε λυγρά.

ΓΟΤΘΣ ξένος ΖΑΜΟΛΞ παιδευτά νυ φίλτατε πολλῶν
Λεύκοφρύς τ' ἀγορὴ, καὶ ἐς ἔρκεα θηρὸς ἰόντος
Ἧς φυλακὸς χρηστὸς: Τοὶ φῶς καὶ μῆτις ἀρίστη
Φαίνετ' ἔμεν θνητοῖσιν ἀνωΐστων πολέων περ:
Αὐτόματος στέφανος, λαμπρὸν ΓΟΤΘΟΙΣΙ δὲ κῦδος.
Τῷ δ' ἔπι Δημολικὸς ὦρτο κρατερὸς ΔΙΚΕΝΑΙΟΣ.
Τοῖσι δ' ἐπ' οἰωνιστὴς ἦν ΛΟΥΜΒΗΡΙΟΣ ἐσθλός·
Πάντων δ' αὖ μέγ' ἄριστος ἔην ΟΥΓΗΡΙΟΣ ΑΣΠΑ.
Τῶν ὅσσοι καὶ μυθεῦντ' εἰς ἀγαθὰ φρονέοντες.
Ἐκ ΤΡΟΙΗΣ ΓΟΤΘΩΝ γὰρ ὁμὸν γένος ἠδ' ἴσα πάτρη:
Ἄστυ μέγ' ἠδὲ ὕπαι αὐτῶν λῖς ηΰγένειος
Δῶκ' Ἄρκτου: ὡς ἔστ' ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ πόλις εἴη.

Legenti Salutem!

Annus nunc labitur ſecundus & vigeſimus, cum jura, & in iis patria, publicâ auctoritate primum in hac Academia docere aggreſſus ſum. De meo ipſius animo, cura, cogitationeq́ in hoc officio poſita, eorum eſto judicium, qui tum memet ad audiendum, atq́ poſt etiam frequentes confluxerunt. Interim, quæ quidem manu ſatis egregie ab auditoribus eruditis notata non ſemel conſpexeram, incuriâ potiſſimum exſcriptorum, ut alias aſſolet, corrupta, & mirum in modum depravata jam diu video. Hæc eſt una, ſi verum fateri, atque etiam profiteri liceat, in tota hac ratione difficultas, quam quoq́ ex pluribus ſæpe audire memini; quæ ſimul eò cenſetur gravior, quod indies numero creſcente exemplarium, aliis atq́ aliis ad exſcribendum adſumtis, ab imperitis aliqua demantur, non pauca etiam addantur, plurima in alienum planè ſenſum perperam immutentur. Quo tandem fieri cernimus, ut in tantum non infinitum ſic ſerpentibus erroribus, quæ feruntur ex ore velut excerpta, pro noſtris ipſi nec agnoſcamus, nec agnoſcere omninò debeamus. Quare non ignoro, melius in his ſtudioſæ juventuti conſuli, ſi eadem hæc data hypomnemata fideliter excudantur. Neque tamen dubito fore nonnullos, qui minus rectè me feciſſe exiſtiment, quod initia legum Geticarum ad Samolſen (ſic enim verius ſcribitur) retulerim: ſed hi erunt fermè, qui Græcis literis haud eruditi, antiquitatis noſtræ, & in inventis rebus, & in actis, ſcriptorumque veterum literatè periti non cenſebuntur; quos quidem flocci non facio, utpote judicio poſteritatis concordiſſimè damnandos, quum quæ de Samolſe ſtilo jam conſignantur, veterum auctoritas hiſtoricorum firmet planiſſimè. Cogitaram

etiam per eandem hanc occasionem, accuratiorem exhibere collationem legum patriarum, & Atticarum antiquissimarum, ut intenso velut ad caput legis cujusque digito, poni sic ante oculos posset mira utriusque juris convenientia, neminique non manifestò cerneretur, alterum ab altero esse desumtum, adeoque, vincentibus id monumentis literarum evidentissimis, ab Gothico Græcum, singillatimque Atticum: qvando & verba, & res præterea quodvis caput circumstantes id ipsum simul ac conspectui offerantur, vel me tacente, loqvuntur. Sed extra hos cancellos egredi, quos mihi ipse jam subsicivis aut tumultuariis horis circumdedi, minimè licuit; præterquam quod aliud quoddam separatum volumen tanti momenti conatus requirere videatur. Cumq; summus Grotius, Persica quoq; vocabula Geticæ esse originis magno cum judicio contendat, idcirco istac qualicunque occasiuncula in medium aliqua proferre non dubitavi, simul etiam Arabica & Turcica subjiciens; quæ tamen omnia latinis literis in præsentia describere cogor, cum typis Typographo á me præscriptis officina destituatur. Erit, Deo sic volente, tempus, cum ipsa hæc, & alia huc spectantia in lucem accuratius emittentur, atq; etiam propriis literis ac formis ritè exprimientur singula. Interim, Benivole Lector, hæc, qualiacunq; sint, in meliorem accipe partem; quod si abs te impetravero, erit id mihi pergratum perque jucundum. Quod enim ad malivolos attinet, istic ipsis est thesaurus, ut quæstui semper habeant cavillari, & de immerentibus malè mereri. Istis ergo nunc dicitur, cedro & marmore mihi hæc habita Vossii p. 112. verba longè dignissima: Scilicet, ut relinquantur prophetiæ (*prædictiones divinæ*) eo sensu, quo acceptæ fuerunt antequam res implerentur. *Ceteris namq;, & latinè scientibus, satis, ut opinor, constiterit, quid sonent omnia verba, quæ citato loco reperiuntur. Quæ verò in dissertatione desiderari poterunt, curis ea posterioribus, certis de caussis, reservata volui. Vale.*

CAP. I.

Summarium.

§. I.

Ζάμολξις. *In membranis nostris Samolses. Ad hunc initia legum Patriarum referuntur. Quis & unde? Getæ iidem qui Gothi atq; Scythæ. §. II. Getæ unde dicti, itemq; Sveones. §. III. Quidam ab Svidur dictos esse Svionas pernegant. Istorum argumentum convellitur. §. IV. Ante Odinum in scriptis veterum nusquam mentio vocis hujus occurrit. §. V. Quousq; olim imperium sit Svionum extensum. §. VI. An à* Svidia *denominetur* Svialand *ab Gothia distincta regio. Quid* Svidia? *§. VI. Cur non Gautæ potius, quam Sviones ab Odino dicti incolæ.* Svifdagr, Svifo *Odino natus. §. VIII. Opinio ab* se *lacu &* veden *silva; itemq; à* Zwey Reiche *Sveoniam deducentium perridicula est. §. IX. Sviþiod diverso significatu accipitur. Sviones etiam Ingueones & Ingevones, utrovis modo rectè scribuntur. Ingi, Ingve, Inge, Ingemundr, unum idemq; nomen. §. X. Scythæ vocati, qui postea Sveones. Quare appellati Scythæ. Ubi siti campi Elysij. Undè sic nominentur. §. XI. Hyperborei qui? Unde ita externis Scriptoribus dicantur.* Ωγυγίη *unde vocata. Vetustissimi quiq; scriptores terrarum hosce tractus dierum longitudine designant. §. XII. Hereditas olim in patria nostra arcuum & sagittarum numero censebatur.* Arf *&* Arfdaboitkår *in legibus antiquissimis quid significent. §. XIII. Numerus XII. Sagittarum veteribus auspicatus creditus: Itemq; Novendialis usus earundem. §. XIV. Goth.* Skuta, *latino* sagittare *planissimè respondet.*

MEmbranei codices cum ceteris etiam manuſcriptis originem legum pattriarum ad *Samolſen* referunt. Quem qvidem unus & alter, qui ſit homo, neſcire ſe dixit, neq; natus, nec ne is fuerit, id ſolidè ſcire. Fuiſſe tamen ortum Terrâ Thraciâ ſaniores auctores pluſculi expeditiſſimè tradunt. Hanc Getæ tunc temporis incoluerunt Θρηΐκων ἀνδρειότατοι καὶ δικαιότατοι, *Thracum fortiſſimi atq; juſtiſſimi*, teſte Herodoto. Quibus ſanè laudibus virtutis invictæ ex illa erudita Græcorum copia Gothos exornat Procopius. Qui enim in Thracia nominati Getæ, iidem tempore procedente dicti Gothi, quos etiam antiquiora ſecula Scythas appellarant; velut optimorum quorumcunq; fide, ipſiusq; adeo vetuſtatis dignitate, auctoritate vincit Clariſſimus Meſſenius: paucis inde commonſtrans, nihil fermè videri poſſe tam apertum tamque perſpicuum, quam primas Svionum Gothorumq; leges à Samolſe conditas. Sed & ipſam hanc concluſionem omnibus probè ponderatis neceſſariam tandem exiſtimat, ſuo verbo *infallibilem* vocans. In ſubſidiis, ſi quid deficiet, ſuccenturiati cernuntur viri Præclariſſimi, Boxhornius, Loccenius, Sheringham, Hachenbergius, & alii aliis locis, ubi eandem hanc ſententiam de Getis, Gothis, Scythis, variis argumentis, & calculo ſcriptorum in diſciplinis doctrinarum omnium præcellentium, tantumq; non innumerabilium planiſſime confirmant. Nempè *unam eandemq; Gentem Getas & Gothos fuiſſe: Eosdemq; Scytharum quoq; nomine celebres.*

Herod. lib. IV. C. XCIII. in fin.
Procop. lib. IV. Hiſt. Goth. p. m. 419. & ſeq.

Meſſen. Præfat. ad lat. leg. verſ. Ragvaldi.
Boxhorn. Hiſt. vn. ad A. CCI.
Loccen. Antiqvit. Sveog lib. 2. c. 1. Sheringh. de orig Angl. c. IX. X. XI.

Hachenb. De orig. Sved. §. XII. & ſeqventibus.
Jacob. Giſlon. in præfat. & Chron. p. m. 5. in fin.
Joh. Magn. hiſt. S. G. lib. 1. c. IV. & paſſim. ſchol. antiq. in Adam. N. LXXXVII. Et Auct. cap. ſeq. enumerat.

§. II.

§. II. Dicti verò *Getæ*, *Gothones*, *Gothini*, *Getar*, *Gettar*, *Jettar*, *Jottar*, Gautar, Gotar, Götar, quasi indigenæ, terrâ editi. ab *Ga*, G*e*, quæ eadem G*au*, G*o*, J*o*, Gio, G*oja*, *Terra*, à Gieta, quod est *parere*, *gignere*, *magna largitate fundere* [licet aliis omninò placeat, ut ab Gaut, sive Attine illo antiqviore denominentur] Sviones, Svevi, Svidiar, Sviar, Svear, Svianar ab Attine recentiore; qui & *Odinus*, *Svidur*, *Sviur*, *Svifr*, *Fiolsvidur*, *Svidudur*, *Svidrir*, *Svidi*, à *Svidia*, *vastare incendiis*, nuncupatus. Sic quoq; idem hic *Sigfadur*, *Sigthyr*, *Sigmundur*, *Sigther*, *Sigthroor*, *Sigi*; nec non *Gaut*, *Gaute*, *Gautur* & Walgautur/ nominibus summam in negotiis, & qvæ tempus illud tulit & caussa, fortitudinem, summam sapientiam, & in cunctis vincendis gentibus sollertiam, inseqvutamq; hostilium agrorum excisionem, inflammationem, eversionem, depopulationem, vastitatē insignientibus appellatur. Qvin & Thråsår/ vulnerarius à sævitia secandi urendiq; vocatur: non *continuò vulneratus*, ut vulgò perperam exponitur. Iste ipse & nomen & numen Attinis illius prisci per ludibria vanissima, magicasq; superstitiones postquam invasisset, ut Eddica monumenta docent, & loco & incolis, Sviþi-od, Svi-þiod, nomen scilicet à se novum perpetuumq; dedisse traditur.

Ann. part. Edd. tit. nafn Attins, & alibi.

Snorr. in skald skaparmal.

§. III. Neque tamen non sunt & rerum & literarum veterum periti, qvi hanc Odino appellationem deberi pernegant. Primum, qvod sic ab *Svidrir*, *Svidris þiod ratione grammatica scribendum foret*, *non Svi-þiod*; idq; genus captiones, & veluti griphos neminem posse dissolvere existimant. Sed inaneis ejuscemodi glorias cum turba Grammaticorum efflantes, ut nostri opici, mira vanitate labuntur. Qvippe non *Svidris* tantum, sed aliis simul titulis, nominumq; flexionibus recogno-

 sce-

ſcebatur Odinus, uti ſuperius jam oſtenſum. Ad hæc vocabulis in compoſitis caſus ſemper integrè haud efferri, notius eſt, qvam ut pluſcula in id verba ſumenda ſint. Jta ſanè à *Gaut* ſive *Gautur, Gautland*, à *Sigi* ſive *Sigtyr*, *Sigtuna*, à *Semmingur*, *Semming*-Hundra/ ab *Raumur Raumelf*, *Raumarike*, ab *Ingi Inglingar*, à *Skioldur*, *Skioldungar*,& ejus generis ſexcenta reperiuntur, ubi ſecundus caſus non plenè ſed præciſè, contra qvam iſte ſenſit, profertur. Vide præter alia hiſtoriarum monumenta *Thorſtens Viikings Sonar Saugu*, ubi hæc quoq; verba leguntur: *þad eru Kallader Alfheimar, er Alfur Konungur ried fyri. Alfheimo ab Alfo Rege nomen.* Qvid? qvod ſententiæ hujus impugnator acerrimus alibi fateri neceſſum habeat, ſimili ratione *Svi-þiod Sveonum ſonare populum*, atq; adeò totam rem, ſuo, quemadmodum dicitur, gladio ipſe ſic conficere.

Thorſt. Viik. ſon. ſaug. c. 1.

§. IV. Deinde vocabulum hoc Odini adventu multò antiquius eſſe magna adſeveratione affirmant. Aſt quo Fundamento, ipſi viderint. Certè ante ipſum illum noſtrum apud Scriptores vel domeſticos vel extraneos, vocis hujuſce mentio nusqvam cernitur. Verum ex Edda contrarium tenuiter & nugatoriè exſculpere conantur. Sic enim habet præfatio Eddæ, qvam una cum aliis libris benè multis ſingulari curâ ac benignitate Summi Prætorii Præfecti, *Drotzet* appellant, Celſiſſimi Herois ac Comitis, Domini MAGNI GABRIELIS de la Gardie, Academia Upſalenſis jam diu poſſidet: þadan for Oþin i Sviþiod. þar var ſa Kongur er Gylfi het; oc er han fretti til Aſia manna er Æſir voru Kalladir, for han i moti þeim, oc baud þeim i ſit riki. en ſatimi fylgdi ferd þeirra. Hwar ſem þeir dvol

Edda Celſiſſimi Herois ac Comitis D. MAGNI GABR. De la Gard.

sitst i londum, þa var þar ar oc friþur, oc truþo men at þeir voru þess radandr. þui at rikis menn sa þa olika flestum mannum oþrum at fegurd oc viti. þar þotti Oþin fagrir vellir, oc Landzkostir godur, oc Kaus sier þar Borgarstad/ sem nu heitir Sigtun. *Indè in Sveoniam perrexit Odinus, cujus Rex erat Gylfo. Ad qvem cum fama nominis Asiaticorum pervenisset,* qui *Æsir dicebantur*, obviam illis *progressus* in *regnum suum omnes invitavit. Sine mora seqvuti sunt. Ubicunq; verò degerent, annona & pax floruit, credentibus indigenis, hæc esse ipsis accepta referenda, utpotè aliis formæ scientiaq; excellentia longè præstantioribus. Odinus ibi amœnum & fertile solum deprehendens, locum civitati elegit, qvam etiam nunc appellant Sigtunam. þadan,* inquit auctor, *for Oþin i Sviþiod. Inde in Sveoniam profectus est Odinus;* scilicet uti nunc vocatur. Ita enim esse hoc exponendum, præter ante dicta, confirmat *Edda* Consultissimi Ressenii ex plurium collatione exemplarium edita: Efftr thad for han nordur thar sem nu heiter *Svithiod.* Qvæ verba eodem quoq; modo transtulit Dan. interpres: Der effter reiste han til Nord/ det som nu kalldis Swerige. Consentit versio latina Magni Olai *Islandi* An. MDCXXIX. *Porro illuc sedes movit, ubi nunc Sviþiod dicitur, h. e. Svecia.* Nec alia mens est Stephani Olai Jslandi, ut ipsius monstrat interpretatio Hauniæ adornata Anno MDCXLVI. Sed hac de re pluribus verbis, ultra qvam satis est præcipiendum non videtur. Edda Ressen. Interpres. Vers. latin. Magn. Olai Island. Steph. Ol. Isl.

§. V. Jnsistunt: mirum profectò censeri, cur aliæ qvoq; regiones id ab ipso nominis minimè traxerint, in qvibus tamen aliqvamdiu legitur commoratus. Verum enim verò de facili istæc objectio retunditur, si ad

locum ex Edda jam exſcriptum attendatur: ubi verbis oſtenditur perſpicuis, Regnum Sveoniæ omnium Odino commodiſſimum eſſe viſum, ubi ſedem poſt tot tandem errores feliciſſimè duraturam figeret, famamq; celebrati nominis, monumentis qvibuſcunq; ad poſteros ritè transmitteret. Ut taceam, nomine Sviþiod omnia ſeptentrionem ſpectantia, ejusq; tractus cetera regna olim appellata, h. e. univerſam vaſtiſſimi imperii compagem. Qvippe cui à veteribus ſubjiciebantur *Manheim*, *Gudheim*, *Alfheim*, *Jotnaheim* ſeu **Riſaland/** *Vanheim*, **oc oll** þau **riki er** þar **til halda/** & omnia regna quæ Majeſtatem Sveonici imperii obſervare debebant. Idq; diſertè memorat Snorro: cujus etiam verba ex verſione Johannis Martini *Slangerup.* Anno MDXCIV publicata ita ſe habent. **Norden for** Palude Mœotide **oc ſwarte haff/ kallde de paa gammel Norſke** Sviþiode. **Det nafn hafwe de vaa alle diße kalde land ſom ligge mod norden/ oc erre ſomme af diße land öde for fraaſt oc ſnee.** Adde ſis Jornandem capitibus quibus ſat luculenter docet, undè & quomodo Gothi primum egreſſi, ſedes ſuas in Scythiam pontico mari vicinam promoverint, pariterq; Scythiæ ſitum ac deſcriptionem exhibet, variasq; Gothorum in ea ſedes: de quibus ego fuſius in ſeqventibus. Cujus etiam ſicut aliorum veſtigia ſcriptorum diligentiſſimè legit Doct. Nicolaus Ragvaldi, oratione nunqvam ſatis laudata. Neqve domo docti & domeſtici tantum ſcriptores, ſed qvi foris quoq; didicerunt, exteriq; aderunt, qvorum omnium fide incorrupta vincet tandem veritas, deq; te vel ringente triumfabit, ut ex Herodoto, Xenophonte, Platone, aliisq; unus inſtar omnium monſtrat Cl. Olaus Rudbeck. Unde

Snorro, cum verſione Iohannis Martini Slangerup. p. 1. Hervarar, Thorſtens, & Vilkina ſàugur. Hervarar cap. 1. cum notis Verelij. Thorſtens c. 1. atq; ſimul etiam obſervationes Nobiliſſ. Reēhielm. Vilkina p. m. 76. præter alia loca memorabilia in Vlfs Vggaſonar, Harald Sigurdſonar, Eyſtens Olafs & Sigurdar Saug. Jornand. De Get. ſ. Goth. orig. & rebus geſtis, cap. IV. & V.

Orat. Nicol. Ragv. Herod. lib. IV.

de omninò liquet Majores noſtros toti Europæ ad Ægyptum & Etruriam uſq;, nec non Scythiæ minori ad Mæotim imperitaſſe Xenoph. lib. II. Memorab. Plat. in Timæo & Critia. Ol. Rudb. Atlant. c. VII. §. VIII c. X. §. III. Lucan. lib. II. de Bello Civili.

Gentibus quas tenet æqvore denſo

Pigra Palus Scythici patiens Mæotica plauſtri. Ut Lucanus cecinit.

§. VI. Fruſtra ergo deſudant qvicunq; *Svialand*, Sveoniam, regionem â Gothia diſtinctam ab *Svidia* deducere conantur, quod eſt, *adurere*. Itemq; ſtratas ferro ſilvas igni abſumere, qvò gremio ita terræ mollito, ſemina ritè ſparſa raſtrisq; ſepulta committantur cum centeſima fruge reditura. Sic enim qvi primi in has terras advenerunt vocati *Sviar* eſſent. Qvod tamen nullo idonei ſcriptoris teſtimonio probari poteſt.

§. VII. Vix etiam cum vulgo ſapiunt & ſentiunt, quando ſimul qværere ſuſtinent, cur non *Gautæ* potius qvam Sviones ab *Odino* dicti incolæ exiſtimentur. Nam pluribus ante hunc Odinum ſeculis eo nomine fuiſſe vocatos ſupra oſtendi, & variarum hiſtoriæ gentium ſatis id evidenter comprobant. Qvid multa? Si qvis ulterius hac de nomenclatione putet ambigendum, reddenda erit ei ratio, cur nunqvam ante Odinum hæc gens id nominis uſurpaverit. *Lang fedgatal* tamen ab Langfedgatal. *Svifdage* filio Odini nominatum hunc eſſe populum referre haud dubitat.

§. VIII. His ita omnibus probè conſideratis, qvod non nemo Sveoniam à *ſe lacu* & *veden ſylva* deducere ſuſtineat, mirari potius qvam refutare conveniet. Nec ſanior fuerit ſententia derivantium à Zwey Reiche/*duobus qvaſi regnis*: Adi Meſſenium, Ubi errores iſtorum Meſſen. ſpec. Svec. & Goth. c. VIII. jure meritoq; perſtringit.

§. IX.

§. IX. Ex antedictis apparet, qvam latè patuerit Sviþiod, id est, Sveonum ditio sive imperium. Ut frustra sit vir qvidam antiqvitatum patriarum haud ignarus, nunc inter beatos, in argumento de Sveonibus ac Gothis, Odiniq; in Scandiam reditu omnia permiscens. Enimverò *Svealand* à *Sveariki* sive *Sviavelldi* differre, præter alia veterum monumenta leges etiam patriæ his potissimum verbis declarant: **Swerikis Rijke är aff Hedhna Wärld samankomit/af Swealand oc Götha.** *Sveoniæ regnum ab ultima profanæ religionis memoria coaluit ex Sveoniæ & Gothiæ regionibus.* Sicuti etiam Sviþiod pro Svealand ab **Göthaland** propriè distingvitur. Vilkina sagu: Vilkini Kunungr eignadist med rikinu, oc hernadi þad land er kallad var Vilkinaland, en þad heitir nu Sviþiod oc Gautland, oc alt Sviavelldi, Skaney, Sialand, Jutland, Vinland, oc oll þau riki er þar til halda. *Vilkinus Rex armis dictionis suæ fecit regnum Vilkinaland, qvod nunc Sveoniæ, Gothiæ, Scaniæ, Selandiæ, Jutiæ, Vinlandiæ (Vandaliæ) & omnium adjectarum regionum imperio continetur.* Hic sanè verbis apertis Sviþiod à *Gautland* & *Sviavelldi* discernitur. Et statim in eadem historia: af heiti ens **fyrsta haufdingia/** tekr hans riki nafn, oc su þiod er han **stiornar**: de nomine primi principis appellatur regnum, nec non populus qvem regit. Id qvod notatu utpote dignissimum cum ante dictis conferri plane meretur. Sic ab *Ingve, Inge,* Sveones qvoq; *Ingveones* Ingevones Plinio atqve Tacito non obscurè & absconditè, sed patentius & expeditius vocantur; h. e. cives, qvi in Ingonis regno ac ditione fuerunt. *Ingi* autem, *Ingve, Inge, Ingemunder,* ut unum idemque nomen amplissimis monumentis consecratum legimus.

Cap. I. in princ. Konungz Balker ll.

Vilkina saugu p. d. 76.

Plin. lib. IV. c. XIII. Tacit. lib. de mor. Germ. c. II.

§. X.

§. X. Sed & Scythæ vocati, qvi poſtea Sveones. Chronicon vetus mss. Af Japhet äre komne Scyther oc Geter, som langt epter kalladis Göthar/oc nu Swenske. Scythæ & Getæ ab Japheto orti, qvi diu poſt Gothi, inde Sveones nominati. In nonnullis autem manu exaratis codicibus *ſitæ* perperam ſcribitur. Iſidorus initio Chronici: *Gothorum antiqviſſimum eſt regnum, qvod ex regno Scytharum eſt exortum.* Scythæ verò celebri ſagittandi uſu ſuper omnes ſanè populos adeo eminuerunt, ut ipſorum id genus fuerit armorum proprium. Undè Scythæ etiam Herodoto Arimaſpi, h. e. ſagittarii dicti: Qvorum eqvites ἱπποτοξόται Thucydidi, ex *eqvis ſagittarii*, ex interpretatione Laurentii Vallæ ab Henrico Stephano iterum recognita. Adeundus omnino Herodotus, ubi peritiam hanc τέχνην appellat τῶν τόξων, artem ſagittandi: & Xenophon: Δῆλον μὲν γὰρ ὅτι Σκύθαι καὶ θρᾶκες ὐκ ἂν τολμήσειαν ἀσπίδας καὶ δόρατα λαβόντες Λακεδαιμονίοις διαμάχεσθαι. Φανερὸν δ᾽ ὅτι καὶ Λακεδαιμόνιοι ὔτ᾽ ἂν θραξὶν ἐν πέλταις καὶ ἀκοντίοις ὔτε σκύθαις ἐν τόξοις ἐθέλοιεν ἂν διαγωνίζεσθαι. Ὁρῶ δ᾽ ἔγωγε καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων πάντων ὁμοίως, καὶ φύσει διαφέροντας ἀλλήλων τὺς ἀνθρώπυς, καὶ ἐπιμελείᾳ πολὺ ἐπιδιδόντας. Patet qvod Scythæ & Thraces non auderent *ſcutis ac haſtis adverſus Lacedæmonios pugnare.* E *converſo verò Lacedæmonii nec adverſus Thracas peltis ac jaculis, nec contra Scythas arcubus velint certare. Præterea eodem qvoq; modo in aliis omnibus cerno, & natura mortales invicem differre, & induſtria multum proficere.* Beſs. Card. Niceno interprete. Virgilius: Hic Lelegas, Carasq;, ſagittiferosq; Gelonos.

Chron. Sveon. vet. Mss.

Iſid. init. chron. conf. Cap. ſeq.

Thucyd. hiſt. lib. II. p. m. 139.

Interp. Laur. Vall. & Henr. Steph.

Herodot. lib. I. c. LXXIII.

Xenoph. de Factis & dictis Socratis l. III. Beſſ. Card. Niceno interprete.

Virgil. lib. VIII Æneid.

Ubi Geloni Scythæ dicuntur *Sagittiferi.* Lucano iidem inde *volucres.*

Lucan. lib. III.

B *Maſ-*

Massagetes qvo fugit equo, volucresq́ Geloni

Iterum Lucan. lib. II.

Massagetæ etiam Scythæ. Iterum Lucanus:

Achimeniis decurrant Medica susis
Agmina Massagetes Scythicus non alliget ister,
Fundat ab extremo flavos aqvilone Svevos
Albis.

Qvi locus est notabilis. Atq; eodem libro:

Pigra palus Scythici patiens Mæotica plaustri.

Hac etiam arte majores nostros ceteris quibuscunqve Gentibus præstitisse historiæ testantur Patriæ. Namq; adeo certo ictu destinata ferire noverunt, ut in præliis ac velitationibus locum qvemlibet corporis in hoste non tectum, aut ab aliis certè monstratum transfigere non dubitarint, ipsiq; in antecessum pronunciarint, esse hanc aut illam particulam humani membri vel hostilis teli jam tunc perforandam. Peti poterunt exempla ex *Magn: Sigurdar sonar, Magnusa Barfots,* **Oluf Tryggwarsons** *sagur,* aliisq; pluribus. Id igitur ego hic dixerim de sagittis Scytharum, qvod de Balearium fundis Florus ritè memorat: id unum ab infantia ferè studium fuisse. Cibum Puerum â Matre non accepisse, nisi qvem ipsa monstrante sagittis percussisset. Ipsis ita sola in sagittis spes erat, qvod & de Fennis testatur Tacitus. Cum armenta & pecora semper pascendo silvas & incultas solitudines pererrarent, unde *Nomades* dicti, *Pecuarii*, Homero, Straboni, aliis. Silius:

Magn. Sigurdar sonar, Magn. Barfots, & Olof Trygvars. saug.

Flor. lib. III. c. VIII.

Tacit. lib. d. de mor. Germ. circa finem.

Sil. l. III.

Nulla domus, plaustris habitant, migrare per arva
Mos, atq́ errantes circumvectare penates.

Et ne de his dici Scythis dubites, eosdem, qvi versus aqvilonem Straboni collocantur, auctor est Diod. Sic. Insulam [ita enim veteres existimarunt] incolere, qvæ

Diod. Sic. Biblioth. βιβλ. c. p. m. 209.

qvæ dicta Basilea, Βασίλεια, εἰς ταύτην ὁ κλύδων ἐκβάλλει δαψιλὲς τὸ καλούμενον ἤλεκτρον, οὐδαμοῦ δὲ τῆς οἰκουμένης φαινόμενον. In qvam tempestas electrum [succinum, glesum] ejicit, nulla alia in parte orbis repertum. Οὐρανοῦ cœli filiam Βασίλειαν, *Basileam*, post patris ad Deos transitum regiam potestatem accepisse, & tandem ex se genitos διαδόχους τῆς βασιλείας successores regni relicturam, Hyperioni fratrum uni nupsisse refert idem Diodorus Sic. Verum de Electro, ut & de Glæsisveller consuli poterunt Hervarar & Herrauds sagur. Addatur Solinus. De *Germanicis*, inquit, *Insulis Scandinavia maxima est*, sed *nihil in ea magnum præter ipsam. Nam Glesaria dat crystallum, dat & succinum, qvod Germani gentiliter vocant Glæsum.* Glesaria qvoq; Plinio appellatur. Et profectò in Sveonia nostra, Regione Helsingiæ, vallem qvoq; Elysiam [Glysis dal, Elysisdal, Liusdal) Ovidio; nec non campos Elysios (Glysis hed, Elysis hed, Liushed] Virgilio, atq; etiam aliis decantatos reperiri constat, qvando visuntur hodieq; adventantibus. Quin & ipsum me una cum maximè illustri Præside D. Gustavo Rosenhane, Anno M DCLXXIII. occasione qva negotia qvædam ab Regia M:te nobis clementer commissa, in hac provincia, ceterisq; eam contingentibus solicitè erant expediunda; *Elysiis & Naharvalis* olim habitata loca, id nominis etiam nunc inde trahentia conspexisse scio: qvamvis non in vicinia tantum degentes, πάροικοι, & unius hujus Fani *Naharvala* consortes soli sic olim appellati sint, sed ceteri qvoq; hosce terrarum tractus civitatibus ac pagis dispersis incolentes; qvod nec abhorrens visum à sermone seniorum, fide vera adfirmantium, sic se à Majoribus suis accepisse. Unde etiam Tacitus.

Diod. Sic. lib. III. Bibliothecæ. Hervarar Saugu cap. I. Herrauds saug. cap. VII. IX. X. XIII & XIV. Solin. lib. III. c. XIX. Plin. lib. XXXVII. c. III. Tacit. de mor. Germ. c. XLV. Sen. Tro. v. 942. & Farnab. Tibull. lib. I. Eleg. III. in Messal.

Tacit. lib. de

 tus.

Mor. Germ. cap. XLIII. Senec. Herc. Fur. v. 743.

tus, *Manimos*, [*Manheimos*] *Elysios* & *Naharvalos* in recensione harum Gentium operosa conjungit, mentionem simul horti Elysii, sive antiqvæ religionis luci faciens. Non autem ab Hebræo עלץ lætatus est עלין lætus, אל אשל qvod Dei nemus sonat, aut ab alia aliqva voce punica deducitur. Neq; â Græcorum Ἠλύγη, umbra, neq; ἀπὸ τῆς λύσεως: λύσις enim solutio est, & λύσιος Bacchus dicitur, qvasi solvens. Minus huc spectat Ἤλυσις h. e. *itio*, *adventus*: qvod hæ qvidem origines omnes similesq; ineptæ sint, cœli nostri & soli naturam, atq; etiam Poëtarum hoc in negotio commenta prorsus

Hom. Odyss. δ. Plutarch. De facie in orbe lunæ, p. m. 942 & seq.

eludentes. Rectè enim ex Homero scripsit Plutarchus:

Ἀλλ' ἐς ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης.

Elysium in campum, quâ terra terminus exstat,

Te ducent superi; subjungens: *ὅπου γὰρ ἡ σκιὰ ἐπινεμομένη παύεται, τοῦτο τέρμα τῆς γῆς ἔθετο καὶ πέρας. Ubi namq; umbra desinit ingruere, eum terreni orbis terminum atq; finem posuit.* Ubi scilicet lux non impeditur, nec sol

Crescentes decedens duplicat umbras: Ubi ξάνθος Ραδάμανθυς.

Qvare à Gothico lysa & ᛅ f. e. & *lius*, *liusis* sive *lysis* origo erit omninò petenda, qvod æstivo tempore campi hi, ut verbum verbo reddamus, *semper lucentes* conspiciantur, indeq; locus Poëtarum fabellis sit factus ad μακάρων νήσους beatas justorum, & idcircò fortunatorum post mortem sedes innuendas, quæ per lucem æstivam intenduntur:

Qvas neq; concutiunt venti, nec nubila nimbis aspergunt

Lucret. de R. N. lib. III. non longè ab init.

Semperq; innubilus æther

integit, & largè diffusso lumine ridet.

Plautus:

Sicut

„Sicut fortunatorum memorant insulas, Plaut. Trinum. II. IV, 148.
„Qvo cuncti, qvi ætatem egerunt castè suam,
„conveniant.

Horatius: Horat. Epod. od. XVI.

„Nos manet Oceanus circumvagus arva; beata
„Petamus arva, divites & insulas:
„Reddit ubi Cererem tellus inarata qvotannis,
„Et imputata floret usq; vinea,
„Germinat & nunqvam fallentis termes olivæ,
„Suamq; pulla ficus ornat arborem,
„Mella cava manant ex ilice, montibus altis
„Levis crepante lympha desilit pede.
„Illic injussæ veniunt ad mulctra capellæ
„Refertqve tenta grex amicus ubera,
„Nec vespertinus circumgemit ursus ovile,
„Nec intumescit alta viperis humus.
„Pluraq; felices mirabimur, ut neq; largis
„Aqvosus Eurus arva radat imbribus,
„Pingvia nec siccis urantur semina glebis,
„Utrumq; Rege temperante coelitum.
„Non huc Argoo contingit remige pinus,
„Neq; impudica Colchis intulit pedem:
„Non huc Sidonij torserunt cornua nautæ,
„Laboriosa nec cohors Vlyssei.
„Nulla nocent pecori contagia, nullius astrj
„Gregem æstuosa torret impotentia.
„Juppiter illa piæ secrevit litora Genti,
„Ut inqvinavit ære tempus aureum.
„Ære, dehinc ferro duravit secula, qvorum
„Piis secunda vate me datur fuga.

Vide qvoque Commentaria Acronis, Porphyrionis,

Comment. Acron. Porphyr Roter. & alior. in h. od. Plat. in Gorg. p. m. 370 & seqventibus. Hesiod. θεογ. v. 682, 721, 736, & al. Plat. in Phæd. p. 517. seq. In Axioch. p. fin. Virgil. lib. VI. Æneid. p. 237 & 251. Sen. Herc. Fur. v. 779. & seqventibus.

Roterodami, & aliorum in hanc Oden: licet audiendi non ſint, ejusmodi adagia prorſus â fabula originem traxiſſe autumantes. Idem hoc argumentum egregiè Plato perſeqvitur locis pluribus. Qvibus campis Elyſijs Virgilius *ſtygios lacus, nigra Tartara*, ut ceteri ſapientiæ doctores, luculenter opponit, ad cruciatus poſt mortem impiorum, & acumine & venuſtate ſingulari exprimendos. Vocantur *Tartara* á ταρταρίζειν, qvod eſt frigore tremere; *Stygii lacus*, & Senecæ *umbra ſtygia*, ab *Gothico Styg*. Verbum eſt *ſtyggias, formidare*: Undè alia etiam vocabula plurima in lingva noſtra formantur. Græcum eſt ςυγέω ejusdem ſignificationis, de cujus origine Græcorum dubitant interpretes. Hinc etiam apparet, undè dicta potiſſimum ſit veteribus *Gleſaria*. Nimirum à *gla*, ſplendere, nitere; indeq; *Glea*, *Glia*, *Gloa*, *glioſa*, *lyſa*, lucere. Nec eſt qvod Aqvilonem latine, Boream Græcè ab Homero αἰθρηγενέτην ſerenum appellatum ex Gellio commonſtrem, qvi Boream, ἀπὸ τῆς βοῆς, *à boatu*, formare ſuſtinet, qvum viris eruditis, qvi ſe ad literas & res antiqvas dediderunt, de hac ratione etymologica non conveniat; monſtratumq; jam ante ſit ab aliis, cui præcipuè ſolo natales omnino debeat.

Gell. lib. II. c. XXII.

Plin. lib. XXXVII c. II. Herod. lib. IV. c. LVI. Jd. cap. ſeq.

§. XI Hæc & *Baſilia* Pytheæ Maſſilienſi qvaſi Regia Scytharum ſedes: βασίλειος enim Regius, Regalis eſt; & Jon. Dial. βασιλήϊος. Confer etiam inſignem Herodoti locum, ubi Gerrhum ait diſtingvere τήν τε τῶν Νομάδων χώρην καὶ τὴν τῶν βασιληΐων Σκυθέων: *regionem Scytharum Nomadum ac Regiorum*. Et *Maotim* Μαιῆτιν, Σκύθας τε τοὺς βασιληΐους καὶ Σαυρομάτας, Regios Scythas à Sarmatis. Eo uſq; enim erat olim extenſum imperium Sveonum, ut ſupra jam dicebamus. Hinc etiam Σκύθας

Videatur idem

θας τὰς Νομάδας appellatos liqvet, qvi Aſiam incoluere. Eadem hæc *Baſilia* veteribus vocitata *Balthia* à Baldur ſive Apolline, vel ab arcubus & Baltheis qvibus uterentur Scythæ. In qvem ſanè ſenſum legi planè meretur Herodotus, ubi ſigillatim agit de utroqve arcu & Baltheo Herculis, nec non de Scytha Herculis Filio, unde Reges progenerati Scytharum dicuntur. Apollo item arcitenens Virgilio vocatur. Idem Virgilius egregiè:

Herod. lib. I. c. LXXIII. lib. IV. c. XI. XIX. LV. lib. VI. c. LXXXIV. Timæus ſup. cit. Plin. loc. Herod. d. lib. IV. c. VIII. IX. X.

Alter Amazoniam pharetram, plenamque ſagittis
Threiciis, lato qvam circum amplectitur auro
Baltheus, & tereti ſubnectit fibula gemma.

Virgil. lib. III. Æneid. Idem lib. V. Æneid.

Licet haud deſint qvi à mari cingente ſic appellatam exiſtiment, cum & mare in veterum monumentis *belte* dicatur. Regii illi Scythæ dicti etiam Hyperborei, & ſedes ipſorum inſula Hyperboreorum, ÿfwer Norden. Ὑπὲρ n. Græcorum Poët. ὑπεὶρ, *ſuper* Latinorum, eſt *yfer* Gothonum ſive Sveonum, literis p & f vices alternantibus. Qvo eodem ſenſu *Skan*, *hodiè* Skån/ Skåne/ *Scania*, Scandia primitùs nominata. Ut *Scandia*, *Scanau*, *Scanorum* ſive *Scandorum* inſula ſit & regio ultra ceteras aqvilonem contingentes ſita. Quin & Lucanus Hyperboreæ urſæ atque plauſtri meminit glacialis:

Gell. Noct. Att. lib. XIII. c. IX.

Hyperboreæ plauſtrum glaciale ſub urſæ.

Lucan. lib. V. de Bell. Civil. p. m. 121.

Ipſeque Cicero ex Carminibus Arati: *Septentriones autem ſeqvitur.*

Arctophylax, vulgo qui dicitur eſſe Bootes:
Quod quaſi temone adjunctam præ ſe quatit Arctum.

Cic. lib. II. de Nat. Deorum. p. m. 47. conf. Sen. Med. Act. II. ch. v. 315

Scandiam ita dictam eſſe veteribus confirmant præter alia variorum etiam acta ſeculorum. Sic in fragmentis legum vetuſtiſſimarum, & literis qvoq; Sveonum ad Gothos Anno MCCCLXXV, perſcriptis, rem ex ultima memoria repetentibus, Sveonia dicitur ÿfwerſkogh/ ofwanſkogh/

Fragment. legum, & lit. A. MCCCLXXV c. I. Kongbr. &c.

Diod. Sic. βιβλ. β. p. m. 91. & seq.

ſkogh/ & Nordanſkogh. Inſulam hanc ex traditione veterum ita creditam graphicè depingit Diodorus Sic: Hyperboreos eſſe tradens incolas à veteribus dictos ἀπὸ τοῦ πορρωτέρω κεῖσθαι τῆς βορέου πνοῆς. πορρωτέρω adverbium eſt comparat: à πόῤῥω; Hinc & πορρώτερος, ulterior. Et certè digniſſimum hoc eſt caput dicti libri, qvod omni cogitatione curaq; legatur, cum de Scythis, Amazonibus & Hyperboreis expeditiſſimè loqvatur. Ὑπερβόρειοι itaq; ab ὑπὲρ, ultra, & Βορέας appellantur, extra ceteros, ultraq; aqvilonis initia, exponente Plinio, ſiti. Unde & vetus ad Adamum Scholiaſtes: *Dani, Sveones & Normanni*, & *reliqvi* Scythiæ *populi* à *Romanis Hyperborei vocantur*, qvos *Marcianus multis extollit laudibus*. Nec his à nobis commemoratis officit, meminiſſe etiam veteres magno cum conſenſu Occidentis, ubi mentio ſimul injicitur Atlanteorum & Hyperboreorum: Nam in ſeptentrione vel viciniam vel partem negare Occidentis, nihil profectò aliud cenſetur, qvam animo conniti, & labore contendere, ut qvis homo non re ſed nomine ſit, id eſt, ut cum ratione inſaniat: qvæ qvoq; ratio diſtingvendi in regionibus, qvas Boreæ frigus penetrabile adurit, etiamnum hodiè cernitur. Atlantei ita & Hyperborei τοὺς πέραν τοῦ ὠκεανὸν τόπους, Regiones ofwan ultra ſive trans Oceanum incolere Græcis Scriptoribus dicuntur; atq; etiam Diodoro Sic. jam laudato Πρὸς ἑσπέραν καὶ τὴν ἄρκτον collocantur *Weſter norr*: qvomodo hodierno die Græciam habitantibus rectiſſimè viſuntur. Sic etiam Ὠγυγίη τις νῆσος καθ᾽ Ὅμηρον Plutarcho qvinq; dierum navigatione diſtare dicitur à Britannia πρὸς ἑσπέραν. Id qvod hodieq; nautæ ſæpius experti confirmant. Qvi fermè ſitus ab Homero Camporum Elyſiorum depingitur. Ὠγυγίη ab *oga* Gothico, ſive *ogyga*, qvod etiam nunc in Smalandia

Plin. lib. VI. C. XIII.

Vet. ad Adamum Brem. Schol. p. m. 149. N. 83.

Diod. Sic. lib. III. p. m. 132

Plutarch. De facie in orbe Lunæ, p. m. 941.

Hom. ſup. cit. lib. odyſſ.

Edd. Attins Kenningar, 116.

landia in usu est, *terrere*: Unde *Ogygsö*, insula formidolosa, insula Attinis, qvi in Edda idcirco *Ogygur* terribilis, in Edda Nobilissimi Ressenij *ygge*. Addo qvoq; Atlanticos, Hyperboreos, atq; etiam Elysios terrarum tractus dierum longissimorum longitudine à vetustissimis qvibusqve scriptoribus, qvam optimè designari, indeqve non dormitantibus evidenter dignosci, à l. gradu LV, ad g. fermè LXXIII. in qvo dies cernitur III. mensium. Vide Philippum Cluverium, Johannem Magnum, alios. Si verò per exsuperationem cum Poëtis ad gradum pertendas XC, lux apparebit VI mensium: Ut variis etiam disputationibus, hisce annis proximis publicè habitis uberius ostendisse me memini. Adatur de Hyperboreis Herodotus capitibus pluribus. Et Catullus:

Cluver. introd. in univers. Geog. lib. I. c. VI. in adposita Tabula. Joh. Magn. præfat. hist. Sveon. Gothorumqve cap. VI. Ex Ol. Magn. & Ptolom. lib. II. c. VI. Nec prætereundum cap. IV. d. præf. Herod. lib. IV. c. XIII. XXXII. XXXIII. XXXIV. XXXV. XXXVI. Catull. in Formian. CXVI. Tacit. lib. de Mor. Germ. c. XLV.

Qvur non divitiis Croesum superare potis sit,
Uno qvi in saltu tot modo possideat?
Prata, arva, ingentes sylvas, saltusq́, paludesq́
Usq́ ad Hyperboreos, & mare ad oceanum.

Unde Tacitus: *Trans Svionas*, inqvit, *aliud esse mare pigrum, ac prope immotum, qvo cingitur clauditurq́ terrarum orbis.* Qamvis etiam nominis vigore Hyperboreorum ita dici possint qvasi ceteros super Scythas eminentes Yfwerborne/ ut censet Clarisl. Rudbeckius.

§. XII. Ex usu hoc singulari sagittarum factum, qvod in legibus nostris tum antiqvioribus tum recentioribus freqvens occurrat mentio arcuum & sagittarum. Qvin & hereditas, ac jura successionum, cum Martius hic esset populus, arcubus & sagittis qvam maximè censebantur, & ter duodeni arcus, thre tölptir SKUTA sträng ok bogha/ legitimam filiorum bello potissimum ferocium & meliorum absolvebant. Et hinc appellati Scythæ, Obtinuitq; ut universa defuncti bona dicerentur

Fragm. legum antiqvissimarum, & c. XIV. ¶. III. circa fin. Ärfdbr. Helsing. Ll: c. VIII. ¶ I. Widerb. Helsing. Ll: unde in antiqvis membranis Skyþiod & Sviþiod promiscuè scribuntur.

arf/ & titulus de hereditate agens **Arfdabolker/** ut codicum monstrat omnium consensus. **Arf** enim sagitta est, itemq; arcus. **Löper man sialwer älgh i skoghi sinum/ hindrar han mater äller mödho/ ok tränger han fran fara/ tha säti Arf i fiät: är han fra um natt äller twa/ ok fällä män diwr mädhan/ tha hawi then skotbogh med huld ok har sum fäldi/ ok hin hawi diwr sum löpti. Dela män um löpt/tha skulu latlösir män löpt skudha/ ok aptur fiäti ganga/ ok then hawi diwr sum the til, witnä medh sinum edhe.** Si qvis in silva sua excitet al-, cem, & à lassitudine cupiens acqviescere tandem absce-, dat, in vestigiis feræ sagittam aut arcum ponet: jam-, que unum vel alterum qvoque diem abest, & alii inte-, rim feram cædunt, jus tantum armi unius cum pelle si-, bi cæsor vendicet, reliqvum qvi exagitarat. Qvod si, controversia inter eos de persecutione exoriatur, arbi-, trio bonorum virorum jurato, qvorum nullum inde vel, damnum vel commodum cernitur, erit standum. Lo-, cus hic est elegans, plurima qvoque continens scitu lon-, gè jucundissima.

§. XIII. Dixi per **Arf** non sagittam solum sed etiam arcum in legibus nostris intelligi. Qvi qvoque **armborst** dicitur. **Armborst/ at arf brester/** qvod ex arcu sagitta excutiatur. Verum numero duodenario censi arcus sunt sagittæqve, non tam ad signorum imitationem cœlestium & astrorum, quam XII venerationem Deorum, qvi sanè numerus sagittarum ex Theologia Gentilium ter multiplicatus conspicitur. **Thre tölptir.** Virgilius:

c. XXIX Kongbr. Codicis Magni Erici R. & c. XXXIV. legum communium Regis Christoph.

Virgil. lib. I. Georg. p. 41.

Idcirco certis dimensum partibus orbem,
Per Duodena regit mundi Sol aureus astra.

Vi-

Vide de ſagittis, & auſpicato hoc numero XII. Sagittarum in præliis & certaminibus, Konung Sverres ſagu. De novendiali uſu ſagittarum Homerus:

Ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ὤχετο κῆλα θεοῖο.

Novem dies quidem per exercitum ibant ſagittæ Dei.

§. XIV. Ex ante citatis locis aliisque apparet, in legibus noſtris Skuta/ latino *ſagittare* planiſſimè reſpondere. Qvo verbo non tantum Juſtinum, ſed ejus etiam ætatem alios auctores ſeqventes eſſe uſos, Viri Clariſſimi, Voſſius, Scioppius, Cellarius, Borrichius oſtenderunt; & hic qvidem poſtremus omnium accuratiſſimè. Vidè ſis eundem.

Kunung Sverres Saugu, p. m. 454. Homer. Iliad. α. p. 8. v. 3. Borrich. De variis lingvæ latinæ ætatibus: Defenſione Voſſij adverſus Scioppium: itemqve Analect. verbo Sagittare.

CAP. II.

Summarium.

§. I.

Gothorum qvi per terrarum orbem longè lateq; victricia arma circumtulerunt è Scandinavia noſtra egreſſus IX potiſſimum argumentis comprobatur. §. II. Nemo veterum Scriptorum de hoc unqvam dubitavit. Qvin & ipſæ penè toto orbe diffuſæ coloniæ idem loqvuntur. §. III. Confeſſio Jornandis, pro eo ac ſi conceſſum hoc ſit ab omnibus, reliqvam argumentationem concludentis. §. IV. Teſtimonium Procopii illuſtre non tantum de Gothis, ſed etiam de Longobardis & Vandalis. §. V. Conſentit nomine popularium Paulus Warnefridi Longobardus. Accedit auctoritas Dexippi, Ablabii, Eunapii, Ammiani, Dionis, Zoſimi, Zonaræ, & aliorum qvi enumerantur. §. VI. Concinunt hi-

storiæ patriæ, annalesq; veteres: itemq; antiqvissimi qviq; Scriptores Græcorum. §. VII. His assentiuntur Hispani. §. VIII. Nec habet res apud Italos deliberationem. Qvin & Scythæ Italiæ conditores. Confirmant vocabula pervetusta, eaq; fermè innumera originis Scythicæ, qvæ conspectui offeruntur. §. IX. Galli qvoq; sive Franci è Scandia nostra exiverunt: Nec non Trojani. Troja quid significet. Lazius defenditur. §. X. Terra Amazonia, Kuenland *in Scandinavia. In Verendia Smalandiæ hodieq; honos & antiqvæ fortitudinis insigne permanet. §. XI.* Anglo Britanni *ex Saxonibus, Anglis & Getis originem duxerunt. §. XII. Neqve generis sui ex hac gente propagati claritatem Scoti ignorant. Indè totius Europæ principum nobilitas exorta, teste IMPERATORE CAROLO QVINTO. §. XIII. Etiam Germani ex Scandia oriundi. §. XIV. Itemq; Helvetii. §. XV. Nec non Dani, viciniq; populi. §. XVI. Qvod etiam* Moſcovitis *creditum, qui vetere lingva Gothorum* auſturvegsmen. *§. XVII. Chytræi verba verbis legum nostrarum antiqvarum exactè respondent. §. XVIII. Qvando prima sit Gothorum emissa colonia. Qvæ deinde sedes exeuntibus. Qvibus de caussis ejuscemodi factæ migrationes. Deorum expeditio prima quo sit tempore suscepta. §. XIX. Assensui scriptorum fermè omnium de Gothorum è Scandia exitu, perpauci recentiores sese opposuerunt, qui recensentur. Eorum argumenta cujusmodi. A Kranzio contra Valdenfelsium stant omnes qvi rectè sentiunt. §. XX. An America, uti nunc dicitur, Majoribus nostris adita. In utramq; partem habetur à nonnullis disputatio. Probabilior sententia existimatur adfirmantium.*

§. I.

§. I.

PRoposito satis, ut existimo, convenienter ostensum, eosdem esse Gothos ac Getas, virtute & factis invictissimos, qvi aliis etiam nominibus atq; titulis incluti, urbes populosq; plures sub imperium suum ditionemq; subjunxere. Quid? an ergo velut herbescens segetis viriditas, culmo erecta geniculato, vaginis inclusa per spicas tandem exseritur; sic & Scandinavia nostra diversis temporibus magna succrescentium agmina colonorum in varias Orbis terrarum partes, tanqvam è vaginis effudisse cernitur? Ut hujus simul rei intuitu longè pulcerrimæ, *vagina Nationum* Jornandi eadem hæc Scandinavia dicatur? Certè Getas sive Gothos, qvi iterum & sæpius ante & post natum CHRISTUM, arma longè lateq; per Orbem victricia circum tulerunt, è Gothia nostra egressos esse, argumentis plurimis prorsus evincitur. Qvippe id ipsum bona fide confirmant. I. Monumenta Poëtarum veterum, qvos Nostri appellarunt *Scalldos:* qvorum descriptiones ejuscemodi argumentis innituntur, qvæ naturâ sunt immutabilia. Deducuntur enim è coelo, solo, mari, lacubus, fontibus, fluviis, arboribus, montibus, aliisq; rebus attributis, undè veritas liqvidò percipi poterit. II. Concentus historiarum patriarum librorumq; annalium. Ut Olaus Petri meritò sic deseratur, qvi solus nescio qvo modo ex aliis atq; aliis terris Gothos istos educere conatur: Cujus hac de re conjecturæ, quæ in maxima inconstantia, veritatis ignoratione versantur, ac idcirco vanæ & deridiculæ legi poterunt in Proœmio Chronicorum ejusdem. III. Communis scriptorum exterorum consensus, de quo mox videbimus. Qvid? quod locus

Olaus Petri in proœm, itemq; initio Chron.

 fere

Aug. Buchn. Saxon. Soll: p. m. 43 vide antiquissimas qvasque leges variarum Gentium.

Confirm. Reg. CAROLI IX legum R. CHRISTOPHORI communium. Nec non Stiernhielmij Præfat. in leg. V-Goth.

Add. orat. Ill. Joh. Skytte de Sveonum Gothorumqve vetustate & fortitud. milit.

fere nullus sit, neque tam longinquus, neque tam reconditus, quo non per ista illa tempora terror virtutis Gothorum pervaserit. IV. Leges *Ostrogothorum* in Italia; & *Visigothorum* in Hispania, præter alias benè multas *Longobardorum*, *Burgundionum*, *Francorum*, *Alemannorum* aliarumque gentium quæ se ipsæ ostendunt, suiqve originem certam ac evidentem ultrò cernentium oculis atque animis ingerunt. Addatur confirmatio Regis CAROLI IX. legum R. CHRISTOPHORI communium; nec non Stiernhielmii præfatio in leges W-Gothicas, auctoritate publica non ita pridem editas, collato præcipuè codice legum Antiquarum Lindenbrogii. Nec sanè prætereundum quod in oratione sua de Sveonum Gothorumque vetustate & fortitudine militari concinnè persequitur Jll. Johannes Skytte, de legibus hisce Gothicis eruditè differens. Cumque ingenii hoc opusculum pulcerrimum, manibus, penuria exemplarium, teratur paucissimorum, idcirco nonnulla hanc ad rem cum maximè facientia curatius adscribere non dubitavi: Qvæ serie verborum continua sic leguntur. *Quid vultis amplius? Olaus Magnus fatetur se Perusii in Italia volumen legum Gothicarum, Gothicis characteribus conscriptum vidisse, qvod à Perusiis, tanqvam insigne vetustatis monumentum, multos jam annos, imò verò ab eo tempore, qvo Gothi Italiam inhabitassent, conservatum & custoditum fuerit. Volumen hoc, liber hic Gothicarum legum, si conferatur cum legibus, qvibus nostri Sveci ac Gothi etiamnum hodiè utuntur, invenietur easdem esse leges, eadem deniq; statuta. Ex hac legum insigni convenientia, & insigni harmonia firmissimum ducitur argumentum ad confirmandum Gothos egredientes volumina legum suarum in Italiam secum comportasse. Olavi hujus aucto-*

auctoritatem omnibus modis cumulatiorem reddidit Celeberrimus vir Johannes Metellus Seqvanus, Rudolph i secundi Romanorum Imperatoris historicus excellentissimus, qvi mihi & Nobilissimo viro Johanni Rosenhane de Torp, coloniæ in ædibus Caroli Uthenhov Neulandiæ Domini, significavit constanterq́ affirmavit, se eundem librum ante annos qvinquaginta, una cum Johanne & Olao Magni fratribus aspexisse. Qvid? qvod Illustrissimus princeps, Dominus Fridericus Dux Brunsvicensium & Luneburgensium, Serenissimo & Potentissimo Principi, Domino Carolo, designato Regi Sveciæ &c. Domino meo Clementissimo, in nobilissima nobilissimorum hominum freqventia, non ita pridem indicavit, se idem volumen, cum Româ Perusium profectus esset, summa cum admiratioue vidisse? Hactenus Jll. Skytte. Sed & plura visuntur monumenta virtutis antiqvæ Gothorum nostrorum per Italiam passim, aliaqve regna, qvæ maximam partem, suæ occasione peregrinationis cum consilio riteq; institutæ, in Diariis, qva ingenii est felicitate pariter ac industria fideliter adnotata servat Nobilissimus Iuvenis, Johannes Gabriel Sparvenfelt, lucem fortè auspicatam, Fatis sic adgubernantibus, tandem visura. V. Leges patriæ omnium antiqvissimæ & sigillatim W-*Gothicæ*, qvæ militaris qvoq; expeditionis, atq; in Græciam etiam aliasq; regiones migrationis mentionem sat manifestam faciunt. VI. Mores, literæ, lingva, sacra, & id genus alia cum exteris communicata. Qvæ sanè omnia, suis qvæq; locis ostenduntur. Certè Grotius ad Mæotim & mores & lingvam & nomen vigere hodieqve Gothorum confirmat. Addit & plurima Persicæ lingvæ nomina Scythas ortis à se Parthis, qvi diu Persidem tenuerant, primum tradidisse. Adhæc de usu etiam nunc Gothi-

Grot. in Proleg. hist. Goth. Melancht. in Chron. Busbeq. Ep. IV. Scal lib. III. Isag.

Chron. p. m. 338. thicarum vocum in *Taurica Chersoneso & Præcopensi Tartaria,* testantur viri longe Celeberrimi, Melancht. Busbeq. Scal. Vulcan. Boxhorn. Rachel. Qvin & Verelius noster non pauca ex iisdem vocabulis plane esse Gothica nostra monstravit in margine notisqve ad istæc additamenta Vulcanii. Possentqve pari ratione cetera qvæ ibidem visuntur ad eandem referri originem. Id qvod curæ qvoqve novi hujus libri possessoris, Viri Clarissimi Wolff, defuncto jam Verelio, consummandum fortè relinqvimus. VII. *Gentium naturalis qvadam migratio versus meridiem,* qvæ verba sunt Cromeri. *Usitatius* n. inqvit *Gentes à Septentrione ad meridiem migrare. Exemplo esse Cimbros, Gothos, Vandalos & Longobardos.* Ut mittam habitudinem corporis, formamque, qva scriptores adcurati Gothos ab aliis populis distinxerunt : ijsdem namque *albi corpore, flavi coma, proceriq;* traduntur. Qvibus etiam proferit amplam

Vulcan. in addit. not. in Iornand. Boxhorn. Hist. Vniv. ad A. ccI. Rachel. de Iure Publ. Imp. Germ. C. XIII. Verel. in not. ad addit. Vulcanii. Cromer. l. I. C. xv. de R. Polon.

Lucan. lib. IV. de B. C. p. 104.

Flava Ceres segetem.

Ut canit Lucanus. Adiri præter alios potest Procopius. *Gotthicæ,* inqvit, *nationes multiplices & olim fuere & nunc sunt. Maximæ harum & nobilissimæ sunt Gothi, proprium nomen ex tota gente adepti, Vandali, Wisigotthi, & Gepidæ, qvos vetustas Sauromatas & Melanchlænos vocabat. Sunt & qvi Getas eos dixere. Neque alio ii, præterqvam nomine differunt, candidi corpore omnes, comas rutili, proceri, pulcra facie. Leges eadem, nec* Dei *cultus discrepat.* Coelius ad illud Horatij:

Procop. lib. I. Hist. Vandal. non ita longè à principio.

Nec fera cærulea domuit Germania pube.

Coel. lib. II. c. XXI. ad Horat. Epod. od. XVI.

Qvi sub septentrionibus agunt, tradente Victruvio, immanibus sunt corporibus, candido colore, directo capillo, & ruso, cæsiis oculis, sangvine multo: qvoniam ab humoris plenitate

tate, cœliq; refrigerationibus ſunt confirmati. Qvi v. ad axem accedunt meridianum, brevioribus viſuntur corporibus, colore fuſco, capillis vibratis, oculis nigricantibus, cruribus invalidis, ſangvineq; exiguo. Bonfin: *Neſcio qvid peculiare ac proprium, & id cœli ſub quo naſcuntur influxu, ita ut ſolo adſpectu & corporis habitu diſcerni poſſe facilè dicas Germanum à Gallo, Gallum ab Hiſpano, ac, ut ſignatius rem exprimam, Inſubrem à Ligure, Ligurem ab Hetruſco, Romanum à Veneto, Venetum à Florentino.* Idem de Gothis qvod Procopius teſtatur Alphonſus Carthag. Imperator Conſtantinus Porphyrog. Et Lucanus.

Bonfin. ad eundem locum.

Alphonſ. Carthag. in Anac. Reg. Hiſp. c. IX. Conſtant. Porph. ref. Hachenb. Orig. Germ. n. XVIII. circa finem.

Maſſagetes Scythicus non alliget iſter
Fundat ab extremo flavos aqvilone Svevos
Albis - - - -

His convenienter Lucretius:

Nam qvid Britannis cœlum differre putamus,
Et qvod in Ægypto eſt, qva mundi claudicat axis?
Qvidve qvod in Ponto eſt, differre à Gadibus atq;
Uſq; ad nigra virum percoctaq; ſecla calore?
Qva cum quatvor inter ſe diverſa videmus,
Qvatvor à ventis, & coeli partibus eſſe:
Tum Color, & facies hominum diſtare videtur
Largiter, & morbi generatim ſecla tenere.

Lucan. de b. c. lib. II.

Lucret. de R. Nat. lib. VI.

Vide qvoq; Tacitum, ubi poſitionem cœli corporibus habitum dediſſe commemorat: Diodorum de capillis Galatarum ἐκ φύσεως agentem: Et Ciceronem verbis evidentiſſimis ipſum illud confirmantem. *Qvid?* inqvit, *diſſimilitudo locorum, nonne diſſimiles hominum procreationes habet? quas quidem percurrere oratione facile eſt; quid inter Indos & Perſas, Æthiopas & Syros differat*

Tacit. vit. Jul. Agricolæ c. XI. Diod. βιβλ. ε. p. m. 211. Cic. lib. II. de Divin. p. m. 128.

differat corporibus, animis, ut incredibilis varietas dissimilitudoq́; sit: ex qvo intelligitur, plus terrarum situs, quam lunæ tractus ad nascendum valere. VIII. Antistites Sacrorum ex universo ferè Orbe Christiano in concilio Basilensi, hoc asseveranti Nicolao Ragvaldi, tum Wexionensi, & ad dictum concilium legato, postea verò summo Pontifici Upsalensi, ad unum omnes assensi sunt, docentibus id Actis concilii, historiis, ipsaq; oratione ibidem habita cum annexa sollemni contestatione, quæ tum latino, tum patrio sermone publicata reperitur. His deniq; IX. Accedit αὐθεντικῶς legum edita confirmatio CHRISTOPHORI Regis *Sveoniæ Daniæ* & *Norvegiæ*, qvæ etiamnum hodie in Tabulario Regni servatur. Et hæc argumenta sunt præcipua, id quod à nobis intenditur evincentia, quæ qvidem istac occasione, qvasi per indicem attigisse sufficiat.

Act. Concil. Basil. Orat. Nicolai Ragvaldi, cum annexa, ut vulgo dicitur, *protestatione*: Cui qvoqve ad manus erat Historia Mss. Ablabij vetustissima Confirmat. legũ Sveoniæ R. communium ab Rege Sveonum & Danorum fact. & subsign.

§. II. Dixi §. præcedente, communem esse hanc scriptorum sententiam: Ea est n. vis veritatis, ut consensum vel invitis extorqveat. Et sanè qvis veterum Historicorum de hoc dubitavit? an dum bestiæ loqvantur exspectamus, hominum consentiente auctoritate non contenti? Si studio novitatis neges hoc, necesse neges omnia: si fictum hoc a veteribus esse dicas, necesse ficta dicas omnia. Qvid vis igitur potius qvam ut historiæ, ut his constet fides, qvæ veterum mandata sunt monumentis? Quin & ipsi, de quibus hic sermo, Gothi, Longobardi, ceteriq; hinc esse se egressos ultrò fatentur: qvorum utiq; omnium confessione propria, utpote jam tum vivorum, videntium, prudentium, perpaucorum omnino somniorum supervenientium memoriam omnem tolli funditus ac deleri arbitror oportere.

§. III.

§. III. Prodeat ergo Jornandes ipſe Gothus, qvi ſua è ſcriptis antiqviorum excerpſit. *Ab Scanziæ gremio velut examen apum erupiſſe Gothos* referens; Deinde etiam, qvænam ſit *hæc Scanzia*, & qvænam nationes, evidenter monſtrans; Tum pluribus verbis docens, qvomodo ſedes ſuas Gothi promoverint. Ubi qvoqve Scandiam noſtram *officinam Gentium*, *Vaginam nationum* vocat. Longius poſtea progrediens diſtinctionem *Gothorum in O. & W. Gothos* oſtendit fuſius: Qvamvis ad flexionem vocis Getarum, *Oſtrogothas & Weſegothas* eosdem appellet. Capite deniq; alio *de Scanzia hujus gremio Gothos egreſſos eſſe cum Berich* [*lege Herich*] *ſuo Rege* memorat, qvæqve dicta ante erant qvaſi ſummatim repetit.

Iornand. de Getarum ſive Gothorum origine & rebus geſtis c. I. idem c. III. IV. & V.

Id. c. XVII.

§. IV. Procopius *O. & W. Gothos* ex hac eadem *Scanzia* educit, non ſecus ac Longobardos. Addatur ejusdem hiſtoriæ fragmentum de ſedibus Gothorum. Idem hic Procopius cum aliis compluribus Vandalos [qvi Tacito Vandalii, Procopio huic & Zoſimo Βανδίλοι, Eutropio Οὐάνδαλοι, aliis Vandeli, Vindili, Vinili, Vinuli, Winili, Winuli] annumerat Gothis, ejusdemq; eſſe originis confirmat: Γότθοί τε εἰσι καὶ Βανδίλοι, καὶ Οὐϊσιγότθοι, καὶ Γήπαιδες. *Gotthi ſunt & Vandali, Viſigotthi & Gepides.* Cui eo major erit fides habenda, qvod cum Vandalis eorumq; Rege *Gilimere* magna ipſi familiaritas conſvetudoq; fuerit, totamque gentis progeniem habuerit unus omnium longè notiſſimam; uti inter Scriptores ſumma ſententiarum conſenſione convenit.

Procop. hiſt. Goth. IV. Procop. hiſt. fragment. p. m. 241 & 248. Tacit. lib. de Mor. Germ. c. II. Hachenberg. orig. Germ. XIII.

Procop. Vand. lib. I. Grot. in proleg. hiſt. Goth.

§. V. Pariter & Paulus Warnefridi Longobardus, ut ipſe fatetur, Generis ſui mentionem faciens, populares ſuos, Gothosque ex *Scandinavia* noſtra *Scandinau*

Paulus Varnefridi de Geſtis longobardorū lib. I. c. II.

 teſtatur

lib. IV. c. XXXIX. Johan. Boëm. de Mor. leg. & ritibus omnium Gentium lib. III. c. VIII. Mel. lib. III. c. VI. Plin. lib. IV. c. XII. Solin lib. III. c. XIX & XX. Plin. lib. d. c. XVI. Isid. init. chron. Gothorum. Dexipp. lib. XII. Nicol. Ragv. orat. p. m. 165. ex Ablab. Dion. lib. de rebus Gothorũ Gestis Γετικὸς teste Suida. Zosim. & Zonar. locis pluribus. Plin. lib. IV. c. XII. Treb. Poll. vit. Gallieni & Claudii. Anast. hist. Chronol. Rosend. Antiqvit. Lusit. Bergom. Supplem. Chron. Schedel Senens. Epit. orb. Heins. in paneg. R. Gustav. Magn.

testatur *adventasse*. Qvo qvoqve nomine eandem cum aliis benè multis appellat Johannes Boëmus: Ubi etiam ex Ptolomæo mentio fit Gothorum qvi ad Vistulam habitarunt. Certe Mela suo quasi certo ac proprio vocabulo eandem ita nominat. Itemque Plinius: Nec non Solinus. Atqve hinc in Scandia (uti quoqve Plinio dicitur) regnum Gothorum antiqvissimum fuisse refert Isidorus. Quod etiam rectissimè ex *regno Scytharum exortum* ibidem commemorat. Unde & Dexippus libros de rebus Gothorum τα Σκυθικὰ fidei Scriptorum omnium saniorum convenienter inscripsit. Qvæque Eunapius de Scythis commeminit verbosius, promiscuè Ammianus Gothis verissimè tribuit: Et vernacula lingvâ Ablabius Gothus omnium accuratissimè. Sed & Dio librum de rebus Gothorum gestis Γετικὸν dixit. Adde Zosimum, ut & Zonaram pluribus in locis. Adhæc ipsi Plinio Getæ Scytharum inter populos referuntur. Sicut & Trebellio Pollioni Austrogothi in earundem gentium numero habentur. Addatur & Anastas. Σκύθαι οἱ λεγόμενοι Γότθοι. *Scythæ qui dicuntur Gothi.* Rosendius, *Multæ gentes*, inqvit, ex *Scania Gothicum effecere nomen, priscis Scriptoribus ignoratum, & sub Getica appellatione confusum.* Iacobus Bergomensis: *Gentes quæ à Græcis appellatæ sunt, & à qvibus Scythia & Gothia nomen habuerunt.* Schedel Senensis: *Scythæ, à quibus Svecia & Gothia nomen habent.* Heinsius, in Paneg. Gust. Magni: *Recentiores Geographi à Gothis Getas antiqvitate invita disjunxerunt. Ne iis qvidem Gothis satis æqui, qui tot libris veterum, tot Romanorum ac Græcorum testimoniis fubnixi, ortum Gentis suæ cum Getarum nomine ac origine conjungunt.* Unde Ferrarius *gravissimos* hoc *Scri-*

ptores

ptores memoriæ prodidiſſe refert, quorum auctoritate ſit ſtandum.

§. VI. Nonne hæc omnia egregie concinunt hiſtoriis noſtris, & Annalibus Sveoniæ vetuſtis. Af Japhet äre komne Scyter och Geter, som longt epter kalladis Gother/och nu Swenſke. *Scythæ & Getæ ab Japheto orti, qui diu poſt Gothi, inde Sveones dicti.* Taceo nunc quæ de Scythis eorumque imperio per orbem longè ampliſſimo Herodotus, Xenophon, Strabo, Diodorus Siculus, alii aliis atqve aliis in locis commemorant, quorum ſane omnium inſignis cum hiſtoriis annalibusque patriis eſt concentus.

§. VII. De Hiſpanis audi qvoque Alphonſum de villa diego Hiſpanum. *Gothia in Scandia,* inqvit, *eſt naturalis patria noſtræ Gothicæ gentis, unde ipſi proprie ſunt egreſſi, & ubi hodie etiam proprium habent ſolium ac regium domicilium.* Conſentiunt Roderic. Tolet. Joh. Lup. Alphonſ. Carthag. & alii.

§. VIII. Exitum etiam hinc Gothorum in Italiam una voce fatentur Itali, à qvibus certè de iſtoc argumento hiſtoriæ detextæ, partim excuſæ ſunt, partim manu exaratæ in Bibliotheca *Vaticana* Romæ ſervantur, non latino tantum ſed Italico qvoque ſermone, eorum qvæ geſta ſunt memoriam ad poſteros transmittentes. Hæc in ſummas tantumque non divinas Gothorum laudes eleganter ſolideque haud ita pridem perſecutus eſt Octavius Ferrarius, vir Celeberrimus. Unde & Sigonius teſtatur, *hos ipſos Gothos effeciſſe, Romanorum ne æternum in Italia foret imperium.* Ut mittam *Scythas Italiæ fuiſſe conditores.* Sicut præter ſcriptores alios in originibus monſtraverat Cato, qvarum fragmenta qvædam etiamnunc

Ferrarius in paneg. R. Chriſt. laud. dic.

Chron. & Hiſt. Pat.

Herodoti, Platonis, Xenophontis, Strabonis, Diodori Siculi, aliorum loca memorabilia vide Sup. c. I. ¶. V. IX. & X.

Alphonſ. de villa diego. Chron. Goth. Regni p. m. II. Roderic. Tolet. Rerum in Hiſpan. geſt. lib. II. c. IV. Joh. Lup. de J. & J. Regni Navarr. VI. part. ¶. IV. Alph. Carth. anac. Regum Hiſp. c. IX.

Libri Mss. in Bibliotheca Vaticana.

Ferrarius in Pan. CHR. REG. dicato, conſecrato, pag. præſertim VII. VIII. & XIX.

Sigon. de regno Ital. lib. I. p. m. II.

etiamnunc ſuperſunt. Non ita mirum fuerit, Italiam Plauto *Barbariam* appellari; Italicum Sacerdotem Herculis, *Barbarum* Poticium; Italicum ritum, *barbaricum*; Jtalicas urbes, *barbaricas*: Leges Jtalicas, ſ. Romanas, *Barbaricas*: Et vorti latinè, *Barbarè*; Qvamvis haud ignorem, Feſtum, aliosq; exiſtimare, *Barbaras* vocitatas antiqvitus omnes Gentes, exceptis Græcis. Sed & vetuſtiſſima qvæq; verba, qvæ Scythicæ & Tuſcæ ſunt originis, evidenter idem evincunt. Sic *Murcus* non veteribus tantum Scythis, ſed etiam latinis idem qvod ignavus, qvi & *murcidus*, probante Salmaſio. *Pultare*, qvō Plautus utitur ſæpiſſimè, à noſtro provenit *pulta ſ. bulta*. *Mulcare* non latinum eſſe ipſe Varro lubens agnoſcit. Sicuti neqve *mulctare*. Veluti namqve mulcendo lac ex uberibus elicitur, quod ſermone vernaculo dicimus *mulka, molka*: ita qvoque poenæ cauſſa pars qvaſi ſangvinis viſcerum, id eſt, bonorum patrifamilias invito extorqvetur emulgeturq;: unde *mulcta*, conſentiente Thyſio, itemq; Gronovio. Nec à vero ſententia ejusdem Thyſij abludit, in negotiis fortè levioribus poenæ loco vas emulcti lactis eſſe ſolutum; qvum id moribus ſimul patriis antiqviſſimis obtinuiſſe certum ſit; & contra, in cauſſis atq; delictis gravioribus, in æſtimationem ipſa veniſſe pecora & armenta. Falluntur ergo qvi *mulgeo*, indeq; *mulceo*, & hinc *mulcto*, atq; *mulco*, ab Græco ἀμέλγω deducunt; qvando fontem communem in Scythia omninò quærere oportet. *Halophantam* vocem apud Plautum certò ſcimus occurrere, recteq; ſe habere Salmaſius ad hunc locum adfirmat, non reperiri tamen oſtendens apud Græcos, ut olim etiam Scaliger cenſuerat: Sed unde potiſ-

Fragment. Originum Catonis.

Plaut. Pœnul. III. II. 21. Bacchid. I. II. 15. Caſin. III. VI. 19. Capt. IV. II. 104. Capt. III. I. 32. Aſin. prol. II. & Trin. prolog. XIX. Salmas: ad Plaut. Epid. III. I. 12. Varr. uno & viceſ. rerū hū. cit. Gell. Noct. Attic. lib. XI. c. I. & Thyſ. Gronov. ad Plaut. ſtich. III. I. 19.

Fragm. legum Sveon. & Goth. c. XVI & ult draparb. Ol.

Plaut. Curcul. IV. I. 2. & Salmaſ. ad h. l. vide qvoque Scalig.

potissimum originem deducat, juxta cum ignarissimis nesciunt: Nobis tamen hominem significat neqvissimum præcipitis lubricæq; fidei, ab *hal* & *fante*, ut necesse non sit cum aliis rectius scribi existimemus *Holophantam*, quasi notetur ὀλοφάντης. *vadari, convadari, vas, vadimonium* qvid potissimum intendant, nemo norit, nisi ad fontem in Svionia recurrat, ubi etiamnunc placidè manans cernitur.

Multum, crede mihi, refert, à fonte bibatur,
Qvi fluit, an pigro, qvem stupet unda, lacu. Mart. lib. IX.

Bustirapus, Bust-ei-rapr qvo Plautus utitur lingva nostra vetere hominem significat, cui nullus in capite pilus sit viri boni. Sicuti Cicero: *Hic capite,* inqvit, *& superciliis semper est rasis, ne ullum pilum viri boni habere videatur.* **Icke ett gått Hår.** *Machæra* Plauto gladius est: *Macharia,* gladioli, ab Gothico *Maker,* unde & Græcum μάχαιρα. Edda Havamal. At qveld skal dag leyva, Konu þa kender, mæke er reindur, mey er gessen er, Js tha yfr vm kemur, Øl tha drucked er, id est: *vespere diem, cognitu mulierem, expertu gladium, nuptu virginem, transcursu ferrum, gustatu poculum primum laudato.* Si qvis, adhæc, nostratium ita sit in patria hospes, ut *Spennere* **Spenna/** *tennere,* **Tenna/** unde *dispennere* & *distennere,* qvibus utitur etiam Plautus, esse Scythica ignoret, is à pugnace malè accipietur, inventurus facilè infortunium. De socco, *socca,* qva voce præter alios idem delectatur Plautus, quid commemorem? cum eam esse Scythicam nemo ad rem paullo attentior meo qvidem judicio ignorare qveat: *Solum* etiam nostro **Sola** respondere liqvidò patet, quando etiamnunc pro calceamenti solea sumitur, notatumq;

Plaut. Mercat. V. II. 85.
Rud. II. II. 9.
Edd. Havamal LXXI.
Plaut. Mil. Glor. act. ult.
Bacchid. II. III. 98. *Soccis subpactum solum,* h. e. calceis subpactam soleam. vid. Varior. notas.

Gronov. ad Epid. Plauti, I. I. 13. c. IX. Tiufbr. Westg. ff: ark eller kistu.

tatumq; jam pridem viris doctissimis, eodem significatu etiam Plauto usurpari. *Scurra* veteribus audiebat, qvi dicteria effutiebat ad risum aliis tollendum, qvem idcirco etiam dicacem cum Gronovio rectissimè dixeris; qvin hodieqve lingva vernacula loqvacem & cum aliis dicacitate certantem sic appellamus, non secus ac picam garrulam *skura*. Qvid? *Vinnula, Cista, cistula, cistellula, herus, herilis, heres, heredium, herediolum, caput, arca, arcula, cippulla, nasus, denasare, casteria, claro, clarifico, claritas, claror, claritudo, clarigatio &c. mundus, mundare, vocare, advocare &c. fallere, velare, stygius, carcer, carcerare, gelu &c. cura, curare, stare, urbare, turbare, nomen, nominare, meminisse, taberna, tabernarius, catus, catè, Nicere, Nere, nictare, Sputare, insputare, caupo, stega, puteus, potus, putus, putillus, Baltheus, pipare, pipire, Boreas, Rica, Ricula, Ricinium, Acheruns, Boia, posca,* & alia in Ennio, Plauto, Catone, Varrone, ceterisque auctoribus occurrentia; itemque *pellis, palla, pallium, pallula, palliolum, palliolatus, paludamentum, paludatus, palatum, palatium, specio, cum compositis, specto, speculor &c spiculum, speculator, speculum, specus, spelunca, species,* & alia tantum non innumera, cujus sunt originis, si non Scythicæ? An non etiam sicut Scythicâ *hall, hallus* etiam & *hallex* est pollex pedis vetere lingva Italica? pluribus id docente Salmasio: Unde Plauto per contemtum *hallex viri*; qvamvis alio qvoque significatu sumatur pro *calce*. Taceo nunc Scythico *pan, pan* respondisse & Græcum, & Jtalicum; & ab eo qvod est *pando, pansum* dixisse veteres, ex eoq; factum *passum*: Lucretium etiam scripsisse *dispansum*: Ut erroris jure meritoq; Gellium atq; etiam Servium arguat

Fragment. legum. Salmas. ad Plaut. Pœnul. V. v. 31. Plaut. d. l. c. IV. Såram. medh wilia. ff: Hål halfwer footer.

Lucret. de R. N. lib. I.

arguat Scioppius, eumq; secutus Oiselius: qvando à *pando* veteribus *pansum* esse deductum negant, licet sit verissimum, fuisse deinde receptius *passum* dici. Frustra sanè essem si id genus omnia enumerare conarer, cum sint illa longè plurima. Legere, Græcis λέγειν, à nostro est *lesa, läsa*, apud Ulphilam est *lisan*, undè *lisant*, *legunt*. Zythus, ζῦθος Diodoro Siculo, qvomodo etiam potus Ægyptiorum Æschylo, Græca ne vox an Ægyptia sit interpretes dubitant: permulti tamen benè deduci à ζέω, qvod est ferveo, existimant: sed esse Gothicum vel inde monstratur, qvod ζῦθος nobis sit syþ/ södh/ licet þ minus ita plenè per *th* vel *dh* exprimatur, teste qvoq; Arngrimo, & ex eo Verelio. Verbum a. est *sieda*, *siuda*, Germ. *sieden*, coqvere: cum significet potum ex hordeo coctum. Τείρω, latinè *tero*, à nostro teira, *tera*, inde & handtera, manu terere. Θὶν, seu θὶς θινὸς, acervus, cumulus, qvasi à θέω, inqviunt, qvod est curro. Non ego istam æstimaverim derivationem titivilitio: Cum sit à vetere Gothorum *tina*, qvod Ciceroni est *cogere* & *coacervare*. Etiam *montes* dicuntur *maximi*, *acervi* frumenti apud Plautum. *Ævum* latinorum ab áwe est Gothorum: nec planè dissimilia αἰὼν Græcorum, & Avan Arabum. Mitto nunc Platonem insignitè referentem, verba complusćula Græcos à Barbaris accepisse. Mitto Dionysium adfirmantem liqvidò, Romam ipsam primum Græca lingva usam esse, qvæ post inde aliqvanto tempore sermonibus advenarum commista in latinam vere transierit. Mitto etiam Iulium Cæsarem Scaligerum una cum aliis docentem, Magnæ Græciæ nomine priscos Latinos freqventatos: Jndeq; simul è Græco fonte latina vocabula plurima defluxisse. Qvin & Celeberrimum

Sciopp. Oisel. ad Gell. N. A. lib. XV. c. xv. c. XIII. Byggb. B: ubi ar olåsin. §. I. c. V. In fin. Köpmålabr. B: och löst then sitt: ubi perperam legitur: löst then sitt. ut alias ostensum. Conf. Vlph. Math. VI. 26. Arngrim. lib. I. c. III. Crimog. Verel. Runog. Scand. c. VII. q. III.

Cic. orat. cont. Rull. Plaut. Pseud. I. II. 55. Cels. com. Eccl. p. I. c. VIII. Plat. in Crat. p. m. 319. Dionys. lib. I. propè fin. Scal. de caussis ling. lat. lib. I. c. XXIX.

Morhof. lib. de Patavin. Liv. cap. XI.

Morhofium mitto, multò adhuc expeditius ex aliis tradentem, lingvas in Italia complures exstitiſſe; cum ſingulas ſibi vernaculas, domiq; qvaſi natas ſingulæ Gentes habuerint, qvamvis illorum omnium, ut exiſtimo, ſententiæ huic meæ eſſe neqveant adverſæ: qvando mihi eſt exploratiſſimum, deberi partem verborum latinorum non exiguam originibus Scythicis; Qvod etiam ex ante dictis non dubitanter colligitur: ſicut etiam Græcorum haud impar numerus ex eodem fonte dimanaſſe rectè creditur. Qvid? qvod nominum atq; verborum tantum non integræ flexiones latinæ occurrunt, qvæ planè ſunt, & à peritis cenſentur Barbaricæ; ſicuti e. c. nominum: *karkar*, *karker*, *karkeris*, *karkeri*, carcer, carceris, carceri. *In karkarai* apud Ulphilam *ai* legitur ut *e*, *in carcere*; ſicut alias etiam & *au* & *ai* *e* ſonant: *namen*, *namnis*, *namni*, nomen, nominis, nomini; *father*, *fathris*, *fathri*, pater, patris, patri; *mother*, *mothris*, *mothri*, mater, matris, matri. Et verborum: *im*, *is*, *iſt*, ſum, es, eſt: *vidiau videis videith*, video, vides, videt: *vaſtiau*, *vaſtis*, *vaſtit*, ſeu *vaſtijt*, veſtio, veſtis, veſtit; *au* n. Gothis ſonat etiam o & ò: *haba*, *habas*, *habaith*, habeo, habes, habet. Atq; neſcio ſanè an hoc poſtremo qvicqvam reperiatur evidentius, qvando ab *haba* Gothorum rectiſſimè ducitur *habeo*, non ſecus ac ἄβω Græcorum. *Haba* igitur eſt habeo, *habas* habes, *habaith* habet, *habam*, habemus, *habaith* habetis, *habant* habent. *Haba*, hodie **hawer**: Non ſecus ac *habitus* pro *avitus*, *habe* pro *ave*: atque ſic in aliis ſcripſiſſe veteres latinos certum eſt. Vide Nonium, & ex eo Bongarſium. Unde facilè ſimul fuerit colligere, qvî fiat, qvod non nativa ſolum verbi hujus ſignificatio eadem barbaris Gothisqve noſtris jam diu exiſti metur

Vide Gloſſ. Vlph. Goth. & Codices legum Pat. Antiqviſſimarum.

Stiernhielm. in Gloſs. Vlph. Goth.

Non. & Bongars. ad Iuſtin. lib. I. c. I. 4.

tur qvæ Latinis, ſed etiam illa translata leporis pleniſſima: freqvensque adeo hæc cernatur acceptio verbi apud Plautum & Terentium, ut mulier dicatur *haberi* cum coit; qvo verecunde loqvendi modo nihil in legibus noſtris veterrimis fermè freqventius in ejuscemodi argumento legitur.

§. IX Seqvuntur Franci. Qvos è Scandinavia exiſſe auctores evincunt plurimi; de qvibus Freculphus Antiſtes Inclutus Lexovienſis. *Affirmant*, inqvit, *eos de Scanzia inſula qvæ Vagina Gentium eſt, exordium habuiſſe, de qva Gothi & ceteræ nationes Theutiſcæ exierunt, qvod & idioma lingvæ eorum teſtatur*: In Francia verò primos habitaſſe Celtas, qvibus jugum ſubeuntibus ſervitutis, incolæ poſtea Gallorum, & deniq; Francorum nomen adepti ſunt. Nihilq; verius qvam Gallos ex *Gallia* ſive *Galgavia* Sveonum prodiiſſe. Vide Atlant. Cl. Rudbeckii. Qvæ Jotnaheim ſive Riſaland Terra Gigantum vocata, uti alias ex hiſtoriis veterum ſatis eſt probatum. Hi *Reſar* qvoqve *Kallar* ſeu *Gallar*, & regio ipſa Kalland, Galland vocitata. Firmat id Edda: Ubi poſt alia, *Gallar*, *Geyter* nominantur. Seu, ut alias efferunt; *Geter*, *Gyller* &c. Et titulo alio. *Kimbrar*, *Kappar*, *Gallar*. Inde & Γαλάται, *Galli*, *Galatæ*, ἐυμήκεις καὶ λευκοὶ, benè longi & aſbi dicuntur Diodoro. Eodem redire res videbitur, ſi ad Trojanos originem Gallorum, qvi *Galliam Celticam* incoluerunt, uti nonnullis viſum, retuleris. Qvando & Trojomänn ijdem qvi Sviones, caputque Gentis *Troja*, munimentum, cujus etiamnunc rudera cernuntur, urbs qvondam munitiſſima, & ſedes Regum *Upſala*, unde *Upſala Kongr*, univerſorum Rex Sveonum fuerit: ex antiqvæ fidei monumentis ſic adteſtante præfatione *Eddæ* genuina. Eodem ſanè ſigni-

Freculph. al. loc. cit.

Rudbek. Atlant. c. XXXVII.

Edd. Mss. Antiqviſs: var. titulis.

Diod. βιβλ. ε. p. m. 212.

Præf. Edd. genuin.

ſignificatu, qvo idem Diodorus Sic. οὐρανὸν primum eos per agros diſperſos in unum locum congregaſſe ſcribit, εἰς πόλεως περίβολον, ſeu περιβολήν. περιβολὴ namqve ut *Troja, veſtitus, tegumentum eſt, &* ex περὶ circum & *βάλλω jacio* dicitur; præt. med. eſt περιβέβολα. Caſtellum ergo munitum & urbis propugnaculum præſidiumque, πόλεως appellat περίβολον ſive *Troja*. Dixi *Upſala Kongr*, qvum nomen *Upſala* caſus ſit ſecundi numeri multitudinis. Hac enim figura perpetua cenſetur, ſingulari numero nuſquam apud veteres occurrens. Ut mirari ſatis hac occaſiuncula non qveam, contentionis eſſe ſerram tam acriter ductam de *VOCABULO UPSALIÆ*, ſcribi ne debeat *Upſalia*, an *Upſala* ἑνικῶς: qvando neutro modo rectè ſcribitur, ſed tantum πληθυντικῶς, non ſecus ac *Athenæ, Thebæ, Syracuſæ*, & aliæ civitates ſimiles. Hinc & origo colonorum Trojanorum. Monaſterienſis: *Jactant etiam Gothi Trojanos ex ſua ſtirpe proceſſiſſe.* Ut ita mirum cenſeri neqveat, *Homerum* temporibus belli, qvod compoſuit, Troici, majora mortalium non Græcorum tantum, ſed etiam Trojanorum corpora intentiore cura notaſſe, adeoque ſubolem ſui temporis per naſcentium neſcio qvæ decrementa, decus ſtaturæ veteris, qvaſi jam tum mundo ſeneſcente, perdidiſſe. Qvo nomine ſæpè in Iliade ſua illud uſurpat: Οἷοι νῦν βροτοί εἰσι. *Qvales nunc homines ſunt. Hoc enim ut hominum, ita ſeculorum notatur differentia.* Certè *Gallar*, *Jottnar*, *Gettar*, *Getar*, à *Ga*, *Gio*, *Jo*, h. e. Terra ſic appellati; Unde & Gigantes Terræ filii veteribus dicti. Γίγας n. à γῆ, qvæ Doribus γᾶ.

Heſiodus: Ὅσσαι γὰρ ῥαθάμιγγες ἀπέσσυθεν αἱματόεσσαι,

> Πάσας δέξατο Γαῖα, περιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν,
> Γείνατ' Ἐρινῦς τε κρατερὰς μεγάλους τε Γίγαντας.

Diod. Sic. βιβλ. γ. p. m. 132.

c. I. II. & III. Kunũgꝛbr. Vp. ſſ: c. I. II. III. IV. VI. VII. XI. cod. tit. ſſ: c. IX. Tingb. ſſ: conſent. cet. Cod. legum, itemqve R. Magni Erici. Edd. Fab. III. & VII. I. part. verbis: That år Troja. De Trojanis etiam exſtat hiſtoria, Getico ſtilo conſignata, qvæ Trojomãna ſaugu dicitur. Monaſter. in Chron. p. m. CXIII.

Homer. in Iliad. mult. loc. Vell. Paterc. lib. I. c. V.

Vid. ſup. c. I. §. II. in princ.

Edd. Fab. V. XVIII. &c.

Diod. βιβλ. γ. p. m. 142.

Heſiod. θεογ. v. 147. & 183.

Qvot-

Qvotqvot enim guttæ proruperunt cruentæ,
Omnes ſuſcepit Terra. Circumvolutis autem annis,
Produxit Erinnyasq; validas magnosq; Gigantes.

Orpheus etiam Gigantes eſſe Terrâ editos & ſangvine Cœli peregregiè concinit: Orph. l. VIII. S. S.

οὕνεκα γῆς ἐγένοντο καὶ αἵματος οὐρανίοιο.

Ex communi hac ſcriptorum ſententia Tacitus in commune de omnium Germanorum origine ac moribus differens: *Celebrant,* inqvit, *carminibus antiqvis Tuiſtonem Deum Terrâ editum, & filium Mannum, originem Gentis conditoresq;.* Qvorum *corpora* idcirco *magna* commemorat idem auctor: *Viſu torva, immenſa.* Tacit. lib. de mor. & pop. Germ. c. II. Tacit. d. l. c. IV. lib. II. Annal. c. XIV. Hiſtor. lib. V. c. XVIII. c. XI. vit. Agric.

Audi etiam Saxonem Danum: Sax. lib. II. p. m. XXX.

Ecce truces oculis Gotthi, Viſuq; feroces
Criſtatis galeis, haſtisq; ſonantibus inſtant.

De *Gothis* adhæc Phrygiæ incolis Claudianus: Claudian. lib. II.

Oſtrogothis *colitur miſtisq;* Guthunis,
Phryx ager - - - - -

Sic n. legendum fidei codicum mſſ. convenienter. Qvomodo etiam in legibus antiqviſſimis Gjöthar & Guthar diſtingvuntur. Vide legum præter fragmenta, alia loca plurima. Certè verbis diſertis Smalandi *Guta* dicto cap. ſecundo; qvomodo etiam Ptolomæo ipſiq; adeo Johanni Magno nominantur: Ubi urbs eorum, ſede q; primaria, grad. lat. LVII, vocatur *Calmaria.* Ad locum Claudiani laudatum haud dubie reſpicit Faber & Colerus. Ipſa etiam urbs Trojana *Troja* dicta, muris & opibus ſuperba. Cujus portæ *ſkæar,* Gr. Σκαιαὶ, Lat. *Scææ,* Homero & Virgilio laudantur, arcisq;

Fragment. legum pat. vetuſtiſſ. c. II. in fin. Kunungsbr. Wpp ℞: c. XXIX. ¶. I. c. ult. in princ. & ¶. IV. Köpm. br. S℞: Ptolom. & Ioh. Mag. præfat. hiſt. c. I. circa fin. Faber ad voc. *Oſtro - Gothi.*

Barbarico poſtes *auro, ſpoliisq; ſuperbi.*

Coler. notis ad c. XLIII. Tacit. de mor. Germ. Hom. ΙΛΙΑΔ. Γ. p. 96. v. 10, & aliis locis pluribus. Virgil. l. II. Æneid. p. m. 152.

Virgil. Æneid. lib. III. in princ.

Unde iterum Virgilius:

Postqvam res Asiæ, Priamiq; evertere Gentem
Immeritam visum superis, ceciditq; superbum
Ilium & omnis humo fumat Neptunia *Troja*

Hachenberg. orig. Germ. ¶. XXVIII. Laz. de Migr. Gent. lib. III. Virgil. d. l. III.

Ut sic qvid humani passus sit Hachenbergius, Lazium erroris insimulans, qvod *Trojanos sive Phryges,* & *Cimbros, Francosq;* unam origine Gentem constituerit, atqve etiam *Phryges Cimbrica,* h. e. *Teutonica* lingva primum usos fuisse docuerit.

Hinc & eadem ferè Trojanis, qvæ nostratibus sacra. De qvibus Virgilius:

Trojugena, interpres Divum, qvi numina Phoebi,
Qvi tripodas, Clarii lauros, qvi sidera sentis,
Et volucrum lingvas, & præpetis omina pennæ

Verum de his alias pluribus.

Pet. Trecens. Messenio ex Rud. N. præfat. ad lat. leg. vers. Ragvaldi laudat.

Cic. in Verr. divin. p. m. 56. Ed. Sturm.

§. X. Amplius de Gothis Scandinaviæ Petrus Trecensis Gallus ante ab Joanne Messenio laudatus: *Veteres illas nationes magis Getas qvam Gothos nominarunt, de qvorum sobole maxima pars Europæ & Asiæ creditur populata.* Dictionem hanc censor qvidam morosus aversatur. At defendit Cicero, istæc verba proferens: *populatæ, vexatæ, funditus eversæ provinciæ.* Sic etiam sæpè loqvitur. Deinde idem Gallus: *Est autem usq; hodiè regio latissima, ab Aqvilone habens Norvegiam & Daciam,* in *alijs ejus lateribus mari Oceano circumdatur.* Iterum ubi de Sveonia disserit: *Gens,* inqvit, *valde robusta, cujus militaris potentia qvondam ferè totius Asiæ & Europæ partem maximam multis temporibus edomuit, quos aggredi tempore Alexandri Magni Græcorum audacia extimuit; Julii etiam Cæsaris invicta potentia superatis Gallis, Alemannis & Britannis,* cum *Danis & Gothis, Noricis & Aqvilonaribus populis*

populis aliis congredi formidavit. Ex *illorum prosapia Amazones processerunt, ut dicit Orosius & Isidorus.* lib. XIV. Planè idem cum applausu ferè Orbis universi de Gothis his confirmat dicto supra loco Ferrari9. Sed de populo hoc fœminarum nos alio loco egimus uberius. Certè communis scriptorum supra laudatorum consensus hinc eas processisse testatur, manetq; etiamnunc in Verendia Smalandiæ, qvinq; territoriis amplissimis constante, honos & antiqvæ fortititudinis insigne. Nam & fasciis sericis militaribus, **feltteckn** appellant, fœminæ in conviviis ibidem, qvod ipse sæpius oculis inspexi meis, utuntur, & ad hereditatem cum viris ex æqvo admittuntur, cetera promiscuo mulierum jure agentes.

Isid. lib. XIV.
Ferrar. supra cit. loc.
Terra Amazonia majoribus nostris etiam Kuenland, itemqve Konogard. Vide Verel. Hervarar saug. c. I. qvæ scriptoribus inde Conogardia

conf. Joh. Magn. d. præfat. c. III. propê finem. Adam. Bremens. De situ Dan. & reliq. septent. Reg. n. LXX VIII. & XC.

§. XI. De Anglis Cl. Seringham *Cantabrigiensis*: *Getæ*, inqvit, *qvi postea Gothi dicti sunt, ex Scanzia peninsula egressi vicinas insulas primi occuparunt: Exindè verò ad Chersonesum locaq; adjacentia, undè Majores nostri exierunt, nullis usq; adhuc incolis inhabitata, accesserunt.* Idem Anglobritannos ex Saxonibus, Anglis & Getis originem duxisse refert, qvi primum à veteribus Britannis in auxilium vocati, cum iisdem postea grave ac diuturnum bellum gesserint, & eosdem multis factis præliis tandem debellaverint. Vide & ab eo adductos auctores. Undè Arngrimus Ionas: *Has literas* (de Runis loqvitur Gothorum) *non ad Norvegiam adstringo aut Islandiam, sed ad lingvam qvæ nunc* (scilicet in Norrigia) *Norvagica, nunc* (nimirum in Dania) *Danica dicta est: seu ipsam antiqvam Gothicam, qva etiam id temporis usum credo totum orbem Arctoum & populos vicinos: itemq; Angliam, Scotiam, Irlandiam. Nam de Anglia disertè scriptum ha-*

Videatur, Seringham de orig. Anglorum c. VII.
Idem c. I. & II.
Et ab eo laudati auctores plurimi.
Arngrim. Crym. lib. I. c. III.

habemus, eam lingva Norvegiæ ad Vilhelmi Nothi tempora usam. Hæc Arngrimus.

§. *XII. Nec fraudi Scotico nomini esse potest, se Gothorum prolem agnoscere, cum potentissimi Hispaniarum Reges hinc stemma ducere gloriantur: Et apud Italos nobilissimi qviq; à Gothis vel genus ducunt, vel ementiuntur, ipseqve imperator Carolus Qvintus è Scandia & Gothiæ tractibus, totius Europæ nobilitatem exortam fuisse seriò dictitare solebat.* Qvæ verba sunt Camdeni. Qvin & dictus Imperator in suis ad GUSTAVUM I. Regem memoriæ inclutæ literis *se & suos de gente hac Gothorum esse* ingenuè confitetur, præter summos qvosq; principes alios, qvi circa affectationem ejusdem originis Gothicæ ultrò ambitiosi fuerunt. *Hæc,* inqvit Munsterus, è *Scandia Gothorum gloria, Romanum demum imperium proculcans, Italiam pervasit, Urbem Romam vastavit, in eadem Italia regnum multis annis tenuit, Gallias ocupavit, in Hispaniis regna fundavit, & ex suo sangvine nobilissimas Domos Principum erexit.*

Camden. In Britann. de Scotis p. m. 40 & seq. Lit. CAR. V. Imp. ad Regem Sveon. GUSTAV. I. Munster. Cosmog. lib. IV. c. XX. De Regnis Septent.

§. XIII. De Germanis generatim Paulus Fagius ipse Germanus; *Gothicæ qvoq; nationes qvocunq; arma intulerunt, eo & sermonem vel integrum, ut in Germanicis hodie terris animadvertitur,* vel *corruptum, ut in Italiam, Hispaniam & Galliam.* Mox etiam *à Gothis Theutones prodiisse* commonstrat. Adde Gulielmum Postellum. Qvid ergo fiet Verstegano, qvi priusqvam in *Scanzia* Gens ulla usqvam consederat, tanta Germanias incolarum multitudine abundasse ac laborasse narrat, ut coloniæ necessario illuc essent deducendæ: seu ut verba habent auctoris: that they were constrained to seek habitations more nor ther ly. Id est, ut in *aqvilonias con-*

Paul. Fag. lib. de Meth. Hebr. p. m. 56. Gulielm. Postel. lib. De origin. Versteg. referente Cl. Sheringh. d. d. c. VII.

concedere regiones per caussam habitandi necesse haberent: Sic n. transfero. Integrum verò loci contextum vernaculum exhibet ante laudatus Cl. Stringham. Ubi domesticis testibus satis convictum refellit, & argumenta, si qva sunt, diligentia sollicita confutat.

§. XIV. Jta qvoq; *Svizeri* originem nominis Gentisq; ad Sveviam hanc nostram jure meritoq; referunt. Ipse sanè acerrimæ & maximæ Helvetiorum nationis scriptor longe Celeberrimus *Stumpfius* ultrò fatetur, laudante etiam Hachenbergio, ex auctore vetusto *Gilgo Tschudi*, *Svevum* Ducem cum parte multitudinis Scandia excedentem, & loco & incolis nobile ac perpetuum à se nomen auspicatò dedisse. Et Julius Cæsar Scaliger, qvi vir, & qvantus! in oratione funebri publicè habita in eorum memoriam Germanorum, qvi ad Viennam cecidisse leguntur: *Ubi in præsentia sunt Helvetii? Nonne eorum pagos, ac præterea vicinas urbes munitissimas è Svecia cives ita occuparunt, ut ex pàtrio nomine & vocabulo dominatus Svizeri dicti sint.* Certè in *Originibus Germanicis*, laudatissimus Hachenbergius, satis omnibus pro ratione instituti commonstratis, verissimè tandem in hunc modū concludit: *Ex his abundè apparet, falli eos graviter, qvi Germanos gentem indigenam, sinceram, propriam, & sui tantum similem arbitrantur. Neq; n. hanc sinceritatis gloriam aut Germani, aut ullæ aliæ Gentes jure jactaverint. Nuperi qvoq; & hujus seculi bellis factum est, ut Hispani, Itali, Galli, Sveci, Dani, Hungari in Germaniam incumbentes, adventibus connubiisq; sangvinem Germanum secum miscuerint. Qvamvis magna horum pars, si PRIMAM RESPICIAS ORIGINEM, non alienigenæ fortasse à Germanis dicendi sint, qvum ex communi Gentium Europæarum matre Scandina-*

Stumpf. Gilg. Tschud cit. Hachenb. orig. Germ. ¶. xx. Jul. Cæs. Scal. Orat. Funebr. in mem. Germ. qvi ad Vienn. ceciderunt.

Hachenb. orig. Germ. ¶. ult.

via exiverint; Qvo collimasse Magnus ille Svedorum Rex GUSTAVUS ADOLPHUS videtur, qvum A°: hujus seculi MDCXXVII Germanis copiam faceret redeundi ad pristinas antiqvasq́; sedes, & communi Svedorum Gothorumq́; utendi jure. Cujus rei rectè meminit Goldastus, qvando Germanos ad repetenda Aboriginum loca à Gustavo Adolpho invitatos accitosq́; scribit. In his ergo talibus, aliisqve puerile qviddam consectari, & non credenda credere temerarium est; ut alia qvæ imbecillo remissoq́; animo multa, omnibus modis confusa, & variata versantur. Nec feliciores qvi in alia loca, *aut vastam illam Asiæ solitudinem refugiunt, ut ignotæ sibi gentis originem reqvirant, indeq́; falsò producant Gothos & Hunos, cum sint notissimo omnium Borealium testimonio Gothi ex Sveciæ Regno orti, in qvo etiam hodie stirps Gentis cum nomine perseverat*: Verba sunt eruditissimi Werdenhagens. Qvæ de nomine qvoq; Semnonum centum pagis habitantium scripserat Tacitus, territorium in Regno *Sveoniæ Seminghundra* evidenter hodieq; confirmat. Nec aliter ceteræ Svevæ gentes, de qvibus supra diximus, pro se loqvi videntur.

Goldast. lib. II. c. V. De Boh. Regn.

VVerdenhag. Rerump. Hanseat. p. III. c. I. Tacit. in Annal. & lib. de mor. Germ.

§. XV. Hinc etiam Dani viciniq; reliqvi genus ac sangvinem duxerunt. De qvo qvidem eorum genitali solo, jam qvid ego commemorem? cum id ipsi agnoscant, Chronicis vetustis Svioniæ confirmetur, & longinqvitas temporum, excipiente memoria, prodendisq; monumentis effecerit certissimum, atq; etiam una cum ceteris à me productis novissimè viderint Rachelius & Hachenbergius. *Ergo*, inqvit hic, *ut jam in Danicis Boreales Scriptores audivimus asserentes, Gothi sive Getæ ex Scanzia peninsula, Duce Erico egressi, vicinas primum insui*

Vid. Gambl. Swenst. Crön. in vita Herici I. in princ. & Chron. Rhythmis comprehensum in ejusdem vita. Hachenberg. orig. Dan. & Germ. n. XII.

insulas occuparunt. Condita tunc Gens Danica, & pariter præter maris Balthici tractus populis impleta regio. Qvin & testimonium *Saxonis Dani*, Scriptoris illustris, de fortitudine Gothorum Invicta clarissimum exstat.

Sax. Dan. d. lib. II. p. m 30. & seqventibus.

§. XVI. Idem *Moscovitis*, qui vetere nostra lingva austurvegsmen, creditum *Sigismundus Baro Herberstenius* in eorum historia confirmat; ex eoque refert *Hachenbergius*, communi Scriptorum consensu receptum, ex Sveonia nostra prodiisse Gothos, qui per Orbem terrarum nominis sui famam terroremque omnium cum admiratione circumtulerint.

Ex Helmold. Snorr. Olaf. Tr. Et Hervar Saug Verel. in notis ad c. I. Herv. Sigism. Bar. Herberst. in hist. Mosc. & Hachenb. De orig. Sved. q. XXIII. in fin.

§. XVII. *Nusquam ita alibi in toto orbe terrarum nomen Gothlandiæ, & distinctas regiones, & nomina Ostrogothiæ & Westgothiæ, seu Visigothiæ exstare scimus, nisi in ditione Amplissimi regni Gothorum. Et Jornandes, Ablabius, Dion, Procopius, Agathias, aliiq; ex quibus rerum Gothicarum historia sumitur, in hac arctoa mundi parte primam & antiqvissimam sedem Gothorum collocant:* Uti qvoq; concinit *Chytræus.* Qvid qvæso clarius? qvid verius? qvid legibus nostris convenientius vel ab indigenis unqvam dici potuit? Aut n. omnia me fallunt, aut eadem est ratio verborum principii capitis primi Konungsbr. Twenne åro Götha i Swerike/ Östgötha och Wästgötha: Ey finds Götha Nampn i flerom Landō fast ståndande uthan i Swearijke: Förthy at aff them uthspreddis Götha Nampn in annor land/ som Ek ifften sågher. *Gothi sic in commune vocati duabus imprimis nationibus in Sveoniæ Regno adhuc discernuntur. alii n. O. Gothi sunt, W. Gothi alii. Neq; istæc propria Gentium distinctarum nomina, aliis in regnis qvam Sveoniæ hodierno*

Jornandes, Ablabius, Dion, Procopius, Agathias, alii Chytræo hic laudati.

Chytr. Præf. Chron. Herod. & Thucyd.

cap. I. in princ. Konungs br. LL.

no die stabilia permanent. Etenim ab illis dissitum est propagatumq́; Gothorum nomen in terras alias, ut historiæ testantur. Ita namque hæc sunt vertenda. Ubi sanè disertè traditur, nusqvam hodie priscam illam durare appellationem. Ubi qvoque nominis hujus distinctio meretur observari, qvam ex prima hac patria in regiones longè remotissimas secum extulerunt, atqve etiam perpetuò in Dacia, Mœsia, Italia, Hispania, & ubicunque sedes fixere, retinuerunt.

§. XVIII. Circa tempora Sarug Abrahami Proavi, elapsis annis post mundum ab Deo conditum plus minus CIↃIↃCCCC, ut annales patrii antiqvissimi habent: **Tha lifde Saruch goder madur/Abraham Patriarchas fadurs fadur fadur**: Primi Gothis è portu solventibus appulsus terrarum insulæ maris Balthici fuerunt. Verba sunt pervetustarum membranarum numeris hunc in modum adstricta.

Aig war i wåtalum nåkor til
er plugm mundi tha wånda:
Göthana ginstan Heirikr mild
Togh utan Kunung uthsåndir.

Qvæ sic latinè reddita exstant in Historia Sveonum Gothorumq; Johannis Magni.

Daniæ regnum caruit colonis,
Donec illius regionis agros
Gotthicas gentes habitare jussi,
Sed sine Rege.

Secunda Gothis erat sedes exeuntibus ad fluvium Vistulam qvi propè Dantiscum mari miscetur: Tertia in Transsylvania & Dacia: qvarta in Thracia: qvinta in Pannonia & Mœsia: Sexta in Illyria; donec septimo qva-

Joh. Magnus hist. Svion. Goth. lib. I. c. VIII. in vita Erici I. Adde lib. IV. c. XXVII. Olaum Magn. lib. V. c. I. Johann. Messen. Spec. Sveon. c. III. Petr. Upsal. Chron. Sveon. lib. I. c. VI. & Chron. Dan. Hauniæ edit. Anno CHRISTI CIↃ CCCCXCV. in vita Humcli.

qvater in Italiam, ac inde in Galliam & Hispaniam ceterasq; terras concederent. Videantur præter veteres jam memoratos auctores & Scriptores, Chron. vetustum Sveoniæ [Ubi gentes & devicta regna ad Ægyptum usq; enumerantur] Minus Ῥυθμικὸν, Cranzius, Iohannes Magnus, L. Paulinus Gothus, Ioh. Bazius, Lazius, Werdenhagen. Ambros à Mor. Adde Cassiodorum, Eutropium, Jacobum Ziglerum, Barclajum, Hachenbergium, & Tabulas Geog. Bertii, de longiore etiam eorundem expeditione differentis. Unde & Hug. Favol.

Terra Lycaonii plaustro vicina Bootæ
In varios divisa sinus maris impete vasto
Continet infrenes Svedosq; Gothosq;. Latinam
Invertêre olim collecto qvi agmine gentem,
Cum furor Ausoniam qvateret temerarius oram
Vandalicisq; Gothisq; simul prædonibus ortus:
Qvi populos longa tum libertate qvietos
Turbavit, Romamq; suis exhauserat altam
Viribus. - - - - - - - - -

Itemque Gulielmus Xylander Augustanus.

Qvis non Gothorum primo res noscere ab ortu,
Factaq; tam latè cognita scire velit?
Scandia Theutonicis pontus qvam Balthicus oris
Dividit, Arctoo non procul axe jacet.
Hinc effusa omnes peragravit Gothica terras
Viribus, & numero Gens, animisq; ferox:
Armaq; per totum victrix circumtulit orbem,
Omniaq; ingenti robore vasta dedit,
Regna sibi, sedes populis posuitq; subactis,

Chron. vetust. Sveon. c. II. & III. Gambl. min.: Rijm-Krön. in vita Er. I. & duorum Regum seqventium. Crantz. hist. Svec. lib. I. c. II. Joh. Magn. lib. I. c. XIV. & XV. L. Paulin. hist. arct. lib. II. c. VI. & VII. lib. III. c. I. & seqventibus. Joh. Baz. hist. Ecclef. Sveog. l. I. c. I. Laz. de migrat. Gent. lib. X. Verdenhag. de Rebusp. Hanseat. p. III. c. I. & XXIV. Ambros. à Mor. Chron. Gent. lib. XI. c. I. & XII. lib. XII. c. XVI. Eutrop. in Gallien. Zigl Scand. Barcl. icon. anim. c. VIII. p. m. 97. Hachenb. orig. Germ. II. XII. XIII & seq.

 im-

Bert. lib. II. Descript. Goth. Favol. Theat. orb. Terr. sept. Regn. p. 130. Gulielm. Xyland. in Epigr. dist. IV.

Implevitq; suis climata cuncta viris.
Testis Sarmatiæ duplicis latissima tellus,
Atq; omnis Scythico terra propinqua solo:
Qvicqvid ad Eoas gelido regionis ab axe
Inclinat, latè porrigiturq; plagas:
Immensæ fines Asiæq; & qvicqvid ad æqvor
Euxinum pontus Caspius usq; videt:
Europæq; omnes populi, Thrax, Dalmata, Dacus,
Hispanus, trino Gallia dives agro:
Ipsa caput mundi qvondam, tunc diruta, Roma
Devictam fassa est flebilis Italiam.

Francisc. Bac. de Verulam. De vicissit. rerum serm. LVI.

Idq; duplici de caussa factum autumat Franciscus Bac. De Verulamio. Cujus etiam verba ita se habent: *Undè manifestum est, Tractum mundi Septentrionalem, natura ipsâ magis esse bellicosum; sive hoc adscribi possit hujus hemisphærii stellis; sive amplitudini continentium ad partes Septentrionales, cum partes Australes (qvantum adhuc innotuit) maria ferè occupant; sive, (id qvod manifestissimum est) frigoribus climatis Borealis. Nam hoc ipsum, absq; alia caussa qvacunq;, corpora indurat, spiritus inflammat.* Hæc ille habuit de mira pugnandi cupiditate, qva semper flagrarunt, atq; ferocia, qvæ diceret. Seqvitur & altera ratio: qvod abundantia juventutis sedes qværitare novas sæpè coacti, in alias sese terras effuderint: *Cum,* inqvit, *populorum greges magni sunt, qvi perpetuò sobolem suscipiunt, de fortunis & sustentatione sua in futurum minimè solliciti; necessarium est, ut in seculo uno aut altero portionem aliqvam multitudinis suæ exonerent, & novas sedes qværant, & sic alias nationes invadant; Qvod populi septentrionales veteres sorte facere sole-*

Francisc. serm. prox. cit.

bant:

bant; sortes dantes, qvæ pars domi maneret, qvæ autem aliò migraret. Neque in hoc virum maximum falli existimandum est. Qvippe non semel sortitos esse viros principes, qvis eorum cum armata pube patria nostra decederet, vel me tacente, historiæ supra laudatæ loqvuntur; ut qvem sors ita contigisset, is in longinqva terrarum concederet. Qvod a. ad Deorum expeditionem primam attinet, licet in annorum ineundá ratione, nec nihil optimè, nec omnia præclarissimè scripsisse mihi non pauci videantur, atqve sic etiam permagnus notetur dissensus: nihilo tamen secius, si ad annorum hanc seriem spectantia ponderentur omnia, sollicitequve excutiantur, viam acumine singulari patefaciente Clariss. Rudbekio, ansa dubitandi prorsus evanescet, qvum sic, qvoad fieri potest, amicissimè fermè conspirent. Certè qvidam Scriptorum nostratium primam Deorum migrationem conferunt in Annum Mundi 2400; alii in Annum 2492; nonnulli in Annum 2527; plures in A. 2530 aut 2531, ut auctores ante laudati commemorant; verum enim verò codices legum Mss. vetustissimi in An. præter propter 2200; qvibus ego omninò assentior.

Rudbeck. Atlant. c. xxxv.

Membranæ legū vetustiss.

§. XIX. Huic assensui Scriptorum omnium cultiorum Gentium vetustate roborato, his rebus ac monumentis invictis, quæ in dubium vocare nemo antiqvitatis literatè peritus unqvam sustinuit, semet opposuisse miror perpaucos ex recentioribus, qvos inter eminent Piasecius Episcopus Præmisliensis, Antonius Bonfinius, Goropius Becanus, Cluverius, Pontanus, qviq; annis his proximis scripserunt. Clariss. Christophorus Hart-

Piasec. Chron. Gest. in Europ. Sing. p. m. 48. Bonfin. Dec. 1. Rer. Hung. lib. II. p. 33. & seq. Descript. Dan. Becan. lib. VII. in. Got. Dan. Cluver. Germ. Antiq. lib. III. c. XXXIV. Pontan. in p. 607. & seq.

Hartknock Differt. III. de orig. Gent. Pruſs. Waldēfels ſelect. Antiqvit. lib. x. c. IX. Sheringh. dict. diſcept. c. XI. Grot. in proleg. ad hiſt. Goth. Stiernhielm. Differt. I. de Antiqviſſ. in Scandia ſede Gothorum. Stiernh. d. Diſſ. p. II. Hachenberg. in orig. Germ. n. XVII. & XVIII.

Hartknock, & Nobiliſſ. Philip. de Waldenfels: Cum rationes eorundem partim ridiculæ, ut Piaſecii inde argumentum opinione ſua vel maximum nectentis, qvod Sviones in Aula Sigiſmundi Regis degentes monumenta Gothorum veterum non intellexerint; partim ſolidis deſtitutæ fundamentis hiſtoriæ univerſæ gentis, ut Bonfinii, Cluverii, Pontani, Becani, & ceterorum; partim conjecturis futilibus & vaniſſimis, ut omnium ſubnixæ cernantur. Qvæ idcirco a Cluverio, Pontano, aliis in objectionem effinguntur, levia ac puerilia eſſe monſtrat, nulloq; negotio refellit Cl. Sheringham, atqve etiam ſubjungit in Annotationibus, eodem ſuper argumento Diſſertationem Boxhornii: qvamvis iſtæc qvoq; Cluverii & ejus etiam veſtigiis inſiſtentium ſomnia, ventis jam ante diſſipanda dederit Grotius. Addi his ab illuſtri Grotio monſtratis, ſi placet, poterit Anticluverius Stiernhielmii Philippo Cluverio ab ipſo auctore oppoſitus, licet nomen poſtea Johannis Cluverii neſcio qvomodo irrepſerit; & Hachenbergius eò minus eſſe audiendos confirmās occinentes, qvod *contra manifeſtum indigenarum externorumq; conſenſum* ſola armati audacia in publicum proceſſerint. Hinc utiqve apparet qvam ſit iniqva certatio & enervis, qva contra veritatem velitantur. Qvid repugnāt? cum iſtis ne ubi conſiſtant qvidem contra eam locus verè relinqvatur. Adeo ſanè opinionum qvaliacunqve commenta delet dies; veritas invicta manet. Qva niſi ſententia noſtra firmaretur, nec una cum ſeculis ætatibusqve omnibus hominum inveterare potuiſſet. Contumelias a. qvibus Scandiam noſtram Nobiliſſ. Valdenfelſius ad fidem elevandam Kranzii vexare voluit, non concoqvere ſolum, ſed

ſed etiam tantillum ſorbere difficile eſt. *Kranzius*, inqvit, *ex Scandia olim prodiiſſe Gothos refert.* Itane præclarè qvidem, ac, ut ſatis certò ſcimus, ſincerè. Num qvid eſt qvod magis probari poſſit? quid? qvod ſimul ac cuivis collibitum eſt, præſto eſt ſtilus auctorum, qvorum in his ingenia conſumta, mirum in modum conſentiens, qvem nunc in conſpectum dedimus. Præſto ſunt & cetera monumenta, qvæ qvidem nemo niſi affectuum abreptus turbine damnaverit. Num ergò opus eſt teſtimoniis pluribus? num monumentis evidentioribus? At alii etiam idem ſenſerunt. Fateor fuiſſe, ut dixi, pauculos, qvi magno animi motu perturbati, omnem hiſtoriam voluerunt pervertere. Verum eſt ne qvisqvam aliorum perturbationem ratione depellentium ita moroſus cenſor, qvi mentiri dicat omnium Gentium, omnium ætatum hiſtorias; mentiri dicat cœlum & ſolum, ſitumqve locorum ſeſe etiamnunc oſtendentem; mentiri dicat antiqvas leges, mores, ritus, literas, lapides longiſſimo intervallo cuncta repetentes; mentiri dicat ipſos qvi hinc feliciter egreſſi, idem ultrò, h. e. non arceſſiti, non reqviſiti confitentur. Qvam facilè ſerperet injuria, ſi pro lubitu hujus aut illius hominis exſularet fides; ſi in contradicendo qvilibet, rationibus omnibus inſuper habitis, ad arbitrium omnino regnaret. Pergit Valdenfelſius: *Nec prius acceſſum & originem demonſtrat* &c. At alii hoc præſtiterunt. Qvis n. eſt vel paullo humanior qvi id ignoret? Nec ſi unus Kranzius hoc omiſerit, id in vitiis poni ceterorum poteſt, qvi rem accuratius perſecuti ſunt, ut de eorum idcirco fide hoc in negotio qvid ſit detrahendum. Ego verò errorem hunc obrepſiſſe viro Nobiliſſimo pu-

tem, qvod animum ad hæc, qvæ largè tamen & copiosè sunt perscripta, parum attenderit. Amplius: *Fidei insuper vix congruum apparet, durissimum Scandiæ solum, ita tam antiqvitus conditum fuisse atq; excultum, ut ad vastissimum examen illud emittendum abundantia impulerit*: Credo: nempè excisis rupibus durissimi Silicis nos miseri victitamus: Aut,

Victum infelicem baccas, lapidosaq; corna
Dant rami, & vulsis pascunt radicibus herbæ.

Ut macie ita & sqvalore confecti, ignoti nova forma aliis cultuqve miserando conspiciamur, atqve sic sine Cerere & Libero Venus Septentrionis frigeat, referendo hoc totum, qvantumcuuqve est, ad illud Terentii, qvod laudat etiam Cicero: *Sine Cerere & Libero friget Venus.* Sed loqvatur & hic cum pro reliqvis Scandinaviæ regnis, tum pro Sveoniæ potissimum externus: *Sveonia regio est fertilissima, ager fructibus & melle opimus, extra qvod pecorum fætu omnibus antefertur, oportunitas fluminum sylvarumq; magna, ubiq; peregrinis mercibus omnis regio plena: nullis itaq; egere dicas Sveones opibus, excepta, qvam nos diligimus, sive potius adoramus, superbia.* Deinde: *in sola mulierum copula modum nesciunt.* Verba sunt Adami Bremensis. Adatur & Diodorus Siculus, ubi terram nostram διπλοῦς κατ' ἔτος ἐκφέρειν καρποὺς, bis in anno fruges fundere docet. Itemqve Plutarchus confirmans plerosqve advenientes malle hîc manere, τοὺς μὲν ὑπὸ συνηθείας, τοὺς δὲ, ὅτι πόνου δίχα καὶ πραγμάτων ἄφθονα πάρεστι πάντα πρὸς θυσίαις καὶ χορηγίαις. h. e. alios qvia sic adsveverint; alios qvia citra laborem & molestiam ullam abundè suppeditentur omnia, ad sacrificia & chororum instructionem

Cic. lib. II. De natura Deorum.

Adamus Brem. De situ Dan. & reliq. sept. Reg. c. LXXXIV & seq.

Diod. βιβλ. β. p. m. 91.

Plutarch. de Fac. in orb. Lun. p. m. 941.

nem necessaria. Et agros hos fertiles laudarunt omnes, qvi regno non dum ad CHRISTUM converso, vel à limine loci genios, aut disciplinas salutarunt: ut supra citati testes tantum non innumeri planissimè evincunt. Nec facilè crediderim, CHRISTIANIS receptis sacris solum planè obduruisse, & naturam omnem exuisse. Legatur præfatio Majori Chronico vetusto Svioniæ annexa, cognitione multò dignissima, inprimisqve obtrectationis invidia torpentibus scitu necessaria continens: cum neqve cœlo Svioniæ esse temperatius aliud, neq; solo fertilius evidenter edoceat. Legantur & ceteri Scriptores alienigenæ, atqve iis etiam omnibus egregiè concinens Bertius: *Regio est omnium aqvilonarium fertilissima: agrum habet UBEREM: MARIA, lacus, Flumina, piscium variorum proventu FECUNDA: metalla etiam plumbi, ferri, æris, & argenti, qvod circa Salburgum eruitur purum, silvas feris refertas, & mellificio nobiles.* Verum enim verò qvid ego his auctoribus utor? qvasi vero res hæc dubia aut obscura sit. Solum nostrum verbis malè à Nobiliss. Valdenfelsio esse acceptum, in ore atq; sermone omnium est. Adsunt etiam nunc ex variis gentibus exteris homines innumeri, qvos ubertas Terræ invitavit, quorum judicium à nostro non discrepat, qui vera esse quæ sani referunt Scriptores, oculis judicare possunt, quibus id magno studio à pueritia est elaboratum, ut rectè sentiant. Eant nunc contrariæ sententiæ Patroni, & contra fidem invictam, clarissimis monumentis testatam, consignatamqve antiqvitatem contendant, non ita conditum, atq; excultum hoc fuisse solum, ut tot tamq; ingentibus coloniis deducendis suffecerit. Qvippe de tanto huc & illuc

Præfat. til den gamble och wijdt. Rijmkrönikan.

Bert. Tab. Geog. lib. II. Descript. Sveciæ.

illuc emiſſo examine juvenum virorumqvè dubitare nemo poteſt, qvi verum fateri, qvi credere vetuſtati, conjunctis omnium ſententiis, volet. Evolvantur libri jam laudati. Qvin & hodierno die otioſæ civium noſtrorum pugnacium ac lacertoſorum manus laſciviunt, præliis & periclitando tutiores. Et qvamvis in commune *Scandiani* vocentur incolæ, tamen propriis adhuc gentibus nationibusq; diſcernuntur. Ex quibus ſingulæ numeroſa etiamnum hodiè effundunt agmina, ipſaq; Sveonia, [licet cives poſt fidem CHRISTO datam, jam diu ſingulis uxoribus contenti ſint, nulliq; pluribus ſimul nuptiis, ut olim, ambiantur] vicis quam urbibus frequentior, numero militum indigenarum adeo ferox deprehenditur, ut tribus una Regibus aut populis, itemque quatvor, quinque, ſexve, vel etiam ſeptem laceſſentibus par eſſe qveat. Id quod præter cetera ex ultima quoque antiquitate petita exempla, recens etiam bellorum plurimorum memoria, ductu potiſſimum Regis noſtri invictiſſimi CAROLI, ejusque Parentis, Herois & Regis Maximi CAROLI GUSTAVI & geſtorum & confectorum, ſatis ſuperqve confirmat. Sed hæc miſſa facimꝰ, cũ nobis eſſe moleſtis neq; liceat neq; lubeat. Quæ tamen ſcripſerat Cranzius, qvemvis aut non hebetem, aut non improbum vera eſſe confiteri coget Scriptorum concentus omnium. Scilicet *Svecicæ gentis egregiam laudem ſupra modum extuliſſe nationem Gothorum, unde vetuſtiſſimis temporibus egreſſa eſt, per Aſiam diu dominata, & in Europa multis ſeculis, multis in provinciis Regna conſtituens:* Ut jam ante demonſtratum. Non ergo quicquid, qvod, qualecunque in buccam veniet, id illico credendum erit. Qvin *tueatur*, vel vindice excellen-

Tacit. lib. de mor. Germ. c. XVIII.

Cranzius lib. I. c. I.

lentiſſimo Hachenbergio, *ſemper fortiſſimæ & nobiliſſimæ Gothorum Gentis natale ſolum Svedia, quod illi Decus, & indigenarum externorumq́, conſenſus, & validiora etiam rerum, qvam hominum teſtimonia ſatis vindicant.* Hachenberg. origin. Svediæ ¶. XXI.

§. XX. Viſo ſic & cognito progreſſu Sveonum Gothorumq; in Daniam, Germanias, Britanniam, Scotiam, Gallias, Italiam, Hiſpanias, Luſitaniam, Cathaloniam, Thraciam, Græciam, Phrygiam, Tauricam Cherſoneſum, Ruſſiam, aliasqve Regiones, pene orbe toto diffuſorum; qværi deinceps accommodiſſimè poteſt, An *America*, uti nunc appellatur, Sveonibus ſiveScythis noſtris prorſus incognita & inacceſſa fuerit? Fateor, varias eſſe variorum ſententias de tempore, qvo occupari ac habitari primum cœpta vaſtiſſima hæc Orbis pars; indigenæ an advecti ſint, aut ex qva potiſſimum mundi Regione advenerint novi hujus, id eſt, recens iterum aperti Orbis incolæ. Qvarum tamen præcipuas omnino ſeptem recenſeri video. Prima namqve eſt ſententia exiſtimantium mox ab ætate Noachi, poſt diſperſionem populorum, & confuſionem factam lingvarum, inhabitatores etiam accepiſſe *Americam*: cum alias idonea reddi ratio neqviret infinitæ hujus per Americam incolarum multitudinis ac varietatis, lingvarumqve tum à ſe invicem, tum ab Europæis, aliisqve qvam maximè differentium. Secunda eſt *Americanos* Chamo Noachi filio debere originem, progeniemqve eſſe eorum, qvos ſedibus ſuis ejectos JOSUA DUX ad novas qværendas compulerit, qvi tandem errore longiſſimo in has *Americanas* pervenerint. Tertia generi adſcribit *Iſraëlitarum*, qvorum decem tribus in Aſſyriam primum ab-

ductæ, multisqve indè casibus jactatæ, ac per varias Orbis partes diffusæ, Americam tandem occuparint. Qvarta initia eorundem ad Tartaros refert, qvod Asia versus Aqvilonem contigua & contermina sit *Americæ*. Qvinta asserit Americanos à Phoenicibus esse oriundos, argumentis etiam inter alia petitis ex Phoenicum & Mexicanorum moribus, institutis, lingva, & cetera cum *Americanis* similitudine. Sexta contendit Americanos præsertim Isthmum *Panamæ* habitantes è Norvegia per Islandiam & Grœnlandiam, ac vicinos iis tractus advenisse; *Jucatanenses* autem iisqve proximos ex Æthiopia; Verum *Peruanos*, ut nobis hodiè vocantur, à Sinensibus, ceterosqve ad fretum usqve Magellanicum ex austrinis terris educit. Septima eaqve novissima seqvitur: Scilicet post diluvium *terra*, *mari*, *casu*, *consilio*, diversis temporibus & animalia & homines in Americam penetrasse, aliqvibus tamen Gentibus ab aditu ejusdem rejectis. In qva simul sententia notandum, septentrionalem *Americæ* partem primum cultam statui, atque inde migrationem institutam versus meridiem: At in istam ex occidente Phœnices; è septentrione Scythas; ex oriente Sinenses accessisse. Vide Johan Ler. Gom. Brul. Acost. Freder. lum. Grot. Joh. de Laet. Marc. Lescarb. Horn. & Joh. Hornbeck. Ubi suæ etiam opinionis concentum cum *Horniana* demonstrat.

§. XXI. Ut autem cetera nunc omnia in medio relinqvantur: prima qvamvis fronte difficultate haud careat, si statuatur non notitiam tantum Scythis nostris fuisse hujus Orbis, sed & ipsum iisdem aditum; Variis tamen

Joh. Ler. Hist. navig. in Brasil, c. XVI. Gom. Hist. Ind. lib. V. c. XV. lib. VI. c. V. Brul. Histor. Peruan. lib. I. c. I. Acost. de Nat. N. O. lib. I. c. XXV. Fred. lum. de l' Ext. l. II. c. VIII. Grot. Diss. de orig. Gent. Am. Joh. de Laet, in Notis ad ejusdem dissert. Marc. Lesc. hist. Nov. Fr. lib. I. c. III. Horn. De orig. Gent. Amer. Joh. Hornbeck de convers. Ind. lib. I. c. X. I

tamen argumentis inducor, ut ſententiam hanc à veritate minus alienam exiſtimem. Primi ſic argumenti loco inſerviet, qvod Scythæ noſtri claſſibus utpote valentes eximii & audaces fuerint navigatores, aliisque oras incognitas,aſtrorum ductu non ad piraticam ſolum licentius exercendam, qvum id à vitio qvam à laude propius videri qveat, ſed ut ſuppeditarentur etiam omnes undiqve ad vitam copiæ, reqviſierint. Ex carminibus Arati Cicero de cynoſura:

Hac fidunt duce nocturna Phœnices in alto;
Sed prior illa magis ſtellis diſtincta refulget:
Et latè prima confeſtim à nocte videtur;
Hæc verò parva eſt, ſed nautis uſus in hac eſt.

Cic. lib. II. d N. D. p. m 46 & ſeq. Sen Med. v. 309. & 318. cum notis Farnab. c. x. Kon. br. Vpl:

Teſtantur hoc de majoribus noſtris annales, plenæqve ſunt exemplorum hiſtoriæ; præter leges patrias antiqviſſimas, de navalibus expeditionibus ad admirationem uſqve legentium inſignitius agentes. Taceo nunc artem curſus in mari regendi, de qva Arngrimus & Petrus Claudii; cujus, & nauticarum rerum ſcientiæ intuitu, navis gubernator in inſcriptionibus lapidum antiqviſſimis ᛋᛁᚴᛚᚽᛋᛏᚱ ᛘᛅᚾ ſcientiſſimus rector dicitur, qvo navis uſa curſum optimè confecerat. II. Qvod novas identidem ſedes terra mariqve qværere coëgerit exundans per Sveoniam indigenarum multitudo alias in terras exoneranda, ut ante jam oſtenſum. III. Trajectiones olim celeberrimas eſſe factas è Norrigia in Jslandiam, Grœnlandiam, vicinasq; iis Regiones, & maris longinqva, nemo paullo inſtructior ab hiſtoria ignorat. Sunt præterea viri doctiſſimi, qvi Norrigos, Danos, & alios ſeptentrionales populos, recta ad continentem delatos referant, ductu inprimis ac auſpicio

Arngrim. deſcript. Island. c. I.
Petr. Claud. Norveg. c. xxx.

ſpicio Svionum, ex decreto antea in comitiis Upſalenſibus honoratiſſimo aſſenſus genere confirmato; cum Norrigia tunc temporis una cum aliis Regnis, tam latè imperii prolata reverentia, ſubjecta iisdem fuerit: quanquam Islandiam (quæ à primo Inventore Gardero Gardsholm primum nuncupata) Octavo demum ſeculo à nato CHRISTO verè freqventatam accepimus. Nec planè IV. diverſa reperitur religio *Americanorum* qua regio vergit in ſeptentrionem, ab ea qvæ temporibus antiquiſſimis in Scythia noſtra obtinuit, ſi fides ſit habenda Scriptoribus. Confirmant & V. modo qualicunq; hanc ſententiam judicia viri ſummi Hugonis Grotii, Clariſſimii Hornii locis ante citatis, itemq; aliorum, fruſtra repugnantibus ceteris, quorum argumenta, ex his qvæ paſſim in hoc opuſculo reperias, diluuntur. Qvid? quod VI. Expeditionis Majorum noſtrorum in Indias remotiſſimas, *Indialand*, meminerunt hiſtoriæ patriæ vetuſtiſſimæ. Qva de re conſuli planè merentur *Remunda* & *Thorſtens Viikingsſons* Sagur, atque aliæ etiam hiſtoriæ locis pluribus. Qvæ ſanè loca non tantum de India vera, eaq; orientem ſpectante, ſed de altera quoq;, ex ſitu veræ Indiæ oppoſito nomen etiam trahente intelligi poterunt. De Indis adhæc qvi vi tempeſtatum ex Indicis æquoribus abrepti, emenſiq; quæ intererant, tandem in Germaniæ littora exierint, vide Pompon. Mel. Plin. & fragmenta Cornelii Nepotis, cum notis variorum. Unde qvoq; colligas, teſtibus tum aliis, tum etiam Colero, longiſſimum & ampliſſimum Sveonum imperium fuiſſe, qvod qvidem *Svetiam cum vicinis inſulis ambiverit, vaſtiſſimiq; maris dominatum complexum fuerit.* Taceo nunc auri copia Svionas

Remunda & Thorſtens Viikingsſons Saugur Capitibus pluribus.

Pomp. Mel. lib III. c. V. Plin. lib. II. c. LXVII. Fragm. Nepot. p. m. 417. Coler. ad German. Taciti, c. XLVI.

onas five Scythas πρὸς δὲ ἄρκτου τῆς Εὐρώπης tunc temporis adeo abundasse, ut ingenuè fateatur Herodotus semet omnino nescire, unde vis hæc auri maxima sit congesta. Ubi de iis simul agitur qvos Græci Γρύπας, Nostri Grypar appellarunt. Et hi sunt, inquit Scaliger, qui ex *montibus Hyperboreis aurum effodere creduntur.* Qviq; veteribus Romanis, teste ad h. l. Nonio, Pici dicuntur, aureos montes colentes. Et sanè si usquam gentium opes effodiantur, id in Scythia nostra fieri manifestum est, ubi una inventa vena metalli, non procul hodieq; invenitur alia. Testantur qvoq; idem machinæ atq; etiam ornamenta auro solida ingentis ponderis variis in locis heic reperta; quid? quod Hlidskialf, ΝΑΟΣ χρύσεος, ut Diodoro Sic. dicitur, Templum Upsalense purissimo auro fulserit obductum, inclutum per indigenas advenasque; præter alia etiam plura qvæ tantisper mittuntur, dum occasio commodior offeratur plenius quam ad præsens & uberius commentandi. Interea tantum locus attingendus fuit. Sic *audendo & agendo* Rem coaluisse Geticam, atq; etiam in immensum deinde crevisse constat. Unde quoq; cum procul ab domo militia esset, atq; necessitate sic exigente, in media hostium terra, *audacter & fortiter* semper pugnarunt Gothi: timorem ignaviamque servitutis ignominiosæ caussam esse putantes. *Audacter* inquam & *fortiter*, cum ita loqvantur Scriptores, res eorum gestas, & bella laudantes & prælia: atque in rebus etiam trepidis *audacia* qvam maximè requiratur. Nec enim iis assentior, qvi vel nunqvam vel sanè raro in bonam partem hæc accipi contendunt. Qvippe Livius: *Non enim hesterno*, inquit, *die qvum signum receptui dedi, se-*

Herodot. lib. III. c. CXVI. lib. IV. c. XIII. Edd. Fab. VII. Scalig. ad Aulul. Plaut. IV. VIII. I.

Non. ad h. l.

Diod. βιβλ. α p. m. 9.

Liv. lib. XXV. c. XXXVIII.

 qven-

quentibus effuse vobis turbatum hostem, frangere audaciam *vestram, sed differre in majorem gloriam atq; opportunitatem volui.* Et post pauca. *Scio* audax *videri consilium: sed in rebus asperis, & tenui spe fortissima qvæq; consilia tutissima sunt.*

Eod. cap.

Propertius: *Qvod si deficiant vires,* audacia *certé*
Laus erit, in magnis & voluisse, sat est.

Propert. lib. II. Eleg. VIII.

Plautus. *Age, loqvere* audacter.

Cicero: *Et qvidem ut* audacter *dicebam.*

Cæsar: *Si* audacter *& fortiter sententias dicere velint.*

Qvintilianus: *Agere fortius &* audentius. Justinus: *Herculea* audacia. Eodem planè significatu, quo verbum etiam sumitur *audendi* Curtio. *Deleri potuit exercitus si qvis* ausus esset *vincere.* Iterum: audete *modo vincere; famamq; infirmissimum adversus fortes viros telum contemnite.* Itemqve Vellejo Paterculo. *Magna* ausus *magnificeq; conata exsecutus.* Et postea: *non ab Scipionibus aliisq; veteribus Rom. ducum, qvidqvam* ausum *patratumq; fortius, qvam tunc à Cæsare.* Nec non Justino: Audendum *aliqvid pro patria, & pro salute communi, etiam cum periculo.* Claudat agmen Ovidius:

Plaut. Mil. III. II. 33. Cic. ad Brut. Ep. IV. Cæs. de B. C. lib. I. Qvintil. dial. de Orat. c. XVIII. Justin. Præfat. 2. Curt. lib. IV. c. IX. c. XIV. Vell. lib. II. c. XXIX. c LXXX. Justin. lib. V. c. IX. Ovid. II. F.

Audentes *Forsq; Deusq; Juvat.*

Qvæ profectò testimonia tot classicorum Scriptorum, satis, ut opinor, arguunt, in bonam esse partem accipienda, qvæ de rebus Gothorum gestis ab auctoribus probatæ fidei, ejusmodi acumine stili referuntur: qvum *audens* hoc sensu animus *timido, humili, demisso fractoq;* opponatur. Unde qvoq; Wexionensis Episcopus Bazius, pöetæ apud Alfonsum Carthag. hunc in modum canentis commeminit:

Contemnit mortem laudato vulnere Gothus:

Ipse hujus populi fortitudines tam militares qvam domesticas maximoperè commendans.

Baz. ist. Eccles. Sveo Goth. c. I. circa fin. Alfons. de R. H. c. VI.

Cap.

CAP. III.

Summarium.

§. I.

SUnt etiam qvi legum noſtrarum antiqvitatem impugnent, qvos inter familiam facilè ducit Conringius. Primum argumentum; Gothis ſcilicet nullas tunc temporis literas fuiſſe: *Qvæ ratio evidenter falſa. Literarum uſus Gothicarum in Patria noſtra vetuſtiſſimus. Lex Attinis illius primi, qvam exhibet Meſſenius, qvando lata. Literas ſuas Græci aliiq; populi ab Gothis acceperunt. Herodoti & Diodori genuina de literarum propagatione ſententia. §. II. Alterum Conringii argumentum pluma levius. §. III. Rei ergò evidentia ſcriptorumq; fide commotus Jornandes Zamolxis & Dicenei leges maximoperè commendat.* Bellagines *rectius* Bijlagines *fidei codicum manu exaratorum convenienter appellantur. Vulcanii expoſitio. §. IV. Qvid* Vittod? *qvid* Lagh? *qvid* Biuths? Lagh *cujus originis? §. V. Bureus laudatur. Perantiqva lex W. Gothorum de Gothis extra regnum degentibus explicatur. In veteribus monumentis mentio in Græciam expeditionis Majorum noſtrorum longè freqventiſſima. Qvando ab Judicibus provincialibus leges W. Gothorum collectæ? §. VI. Non eadem poteſtas Judicum Provincialium, qua Prætorum Romanorum, ut non nulli falſò exiſtimant. Prætoribus Majeſtas Imperii in Jure Romano tribuitur. §. VII. Majeſtas & Facultas ἀρχιτεκτονικὴ ſolis ſemper Regibus in patria noſtra ut propria dicata, nec cum civibus unqvam communicata. Diſtinctio Majeſtatis in* Realem & perſonalem *rejicitur.*

An subjectum Majestatis duplex sit, ut voluit Grotius, Commune *scilicet &* proprium? *Nihil olim ab Regibus Svionum gestum, nisi advocato concilio amicorum. Nec id offecisse censendum summæ imperantium potestati: qvum consiliarij hi ac ministri, non rectores fuerint. §. VIII. Iura veterum sanctè servata, & eam ob causam adulta æstate qvotannis recitata. Limata probè veritas, nec ad opinionem communem semper accommodata explicatio. §. IX. & X. Anni, qvi nobis* ar, *sollemni revolutioni conveniens est illa Gothorum, Græcorum & Latinorum consentiens expositio, qvæ passim legitur. In anni æstatem Græci pariter ac Romani suos de legibus sermones rejecerunt. §. XI. Numerus ille XII Adsessorum & Consiliariorum ab ultimis temporibus in hæc usq; præsentia constanter observatus: licet aliqvando decem, nonnunqvam etiam undecim fuerint. Qvare hodieq; unus ex hoc Adsessorum collegio* (Nemdam *appellant) cujusvis Territorij, vocetur* Domare. *Aliud sententiis primis dammare aut absolvere: aliud illis, qvæ iterum legibus ferri debebant.* Annat wäria oc fälla: annat döma. *Qvid si pares sint sententiæ damnantium & absolventium? Qvid si diversis summis condemnent? An potior sit sententia cui adstipuletur Præses? §. XII. Jurejurando etiam dicenda sententia erat. Iurisjurandi formula in patria nostra sollemnis apud Græcos olim aliosq; populos in usu. Platonis locus eximius. Legitima, de qvibus qvoq; Nepos loqvitur. Undecim viris ad supplicium publicè damnati tradi solebant. Eorum præfectus in legibus antiqvis Bircensibus* Stupagreswe *dictus. Ratio nominis. §. XIII. & XIV. Sed & alia pervetusta lex de* Jarnbyrd *occurrit ad formam Iudicij pertinens, qvæ & ipsa simul expenditur.*

§. I.

§. I.

VErum esto, dices, eosdem antiqvitas veneranda Getas concordissimè dixerit, qvos postea Scriptores Gothos communi consensu appellarunt. Fuerint ejusmodi vel nominibus vel titulis, variis auctoribus tantumq; non omnibus incluti: Superarint omnes Gentes nationesqve rebus gestis & gloria, ut hodieq; plurimi & bella narrantes & prælia ab iisdem commissa obstupescant: Nunqvam tamen literas, leges, sacra, & si qua sunt alia, per orbem propagasse censendi; cum nullas literarum formas, temporibus illis vetustissimis, habuerint. Undè quoque falsus existimabitur Andreas Bureus, cujus verba filo sequente concinnata non ab re fuerit subtexere: *Leges nostras W. Gothicas ejus esse vetustatis, ut procul dubio latæ videantur eo tempore qvo Gothi hinc exiverunt, vel paullo post. Mentionem enim faciunt Gothorum in Græcia & Thracia habitantium.* Hæc qvidem Bureus nostras. Cum qvo idcirco se componit, & velut in eodem campo includit Clariss. Hermannus Conringius. Idqve certamen felicius ut conficiat, spretis lusoriis qvibusdam armis, & apparatu scenico, ad seria, eaqve, ut opinatur, *Herculea* confestim transit, arripitque. Hinc petitio prima, & ea qvidem satis vehemens. Nimirum ante Ulphilam, *ne runicas qvidem literas septentrionalibus illis fuisse usitatas vero esse haud absimile. Neq; enim ille excogitasset novos characteres, si qvæ literæ Gothis jam fuissent in usu.* Si igitur Gothis nullæ tunc temporis literæ, nullæ qvoqve iisdem leges scriptæ fuerint. Floruit a. Ulphilas Episcopus circa annum CHRISTI CCCLX. A Conringii etiam caussa præter alios ab eodem

Bur. in Descript. Sveon. polit. p. m. 20.

Conring. De orig. Jur. Germ. c. 1.

Sozom. hist. Eccles. lib. VI. c. XXXVII.

dem productos stare videtur Sozomenus, ubi laudatus Ulphilas, *primus apud Gothos literarum inventor dicitur, & sacros libros in lingvam ipsorum transtulisse*. Ast parva declinatione vitatur hic impetus: Cum characteres sanè Gothicos Ulphila primus non excogitarit, sed solum auxerit, & ad Græcarum ductum literarum accommodarit, G & ⊙ tantum adinventis. Non secus ac Claudius novas etiam literas tres reperisse, ac numero veterum latinarum quasi maximè necessarias addidisse fertur; de quarum formis videatur Vertranius. Certè literarum usum Gothicarum in patria nostra ex eximiæ magnitudinis saxis paullo post diluvium erectis evidentissimè monstrat Johannes Magnus. Addatur de eodem argumento lex Attinis illius primi, qvam exhibet Messenius è Chronicis Johannis Martini, consentientibus etiam membranis legum patriarum antiqvissimarum: Latam a. esse hanc legem seculo post mundum conditum decimo octavo, pro certo & probato sumitur. Qvid? qvod lingvam Græcam eandem qvæ fuit Gothorum veterum existimet Nobilissimus Stiernhielm. Et ut nihil dubites, literas ejus lingvæ, ut aliarum, Gothis esse acceptas referendas, quæso Cl. Rudbeckium Affinem meum dilectissimum consulas in Atlanticis: Ubi solidè hoc & acumine singulari qvantūcunq; est probatur. Sed & Cl. Salmasius, homines primos qvi Græciam populis repleverunt, & Græcæ lingvæ auctores fuerunt, *è Septentrionali & Scythica plaga profectos* adfirmat. Sed cum plerisq; (ut nihil hic de Palamede atqve Simonide agam) inconsideratè fortassis oppones, in eoqve perstabis: Cadmum è Phœnicia primum in Græciam apportasse literas, indeqve minus censeri probabile primas

Verel. Runog. Scand. c. III.

Sveton. Claud. c. XLI. Tacit. Annal. lib. XI. c. XIV. Vertran. in notis ab h. l. Taciti. Joh. Magn. hist. Sveon. Goth. lib. I. c. VII. in fin. Messen. Sveopentap. c. III. circa fin. Stiernh. in præfat. ad Vlphil.

Rudbeck. in Atlant. c. XXXVIII.

Salmas. de Hellen. p. m. 384. vide Voss. de Sibyll. orac. c. XIV. p. m. 133.

mas

mas hasce figuras Septentrioni, ut ante laudatus Rudbeckius existimat, deberi, Verum enim verò Herodotus Scriptor antiqvissimus disertè testatur, Græcos literas ante usitatas ad ductum Phœnicearum à Cadmo invectarum accommodatiores reddidisse. Μεταῤῥυθμίζω enim est apto, accommodo, corrigo; Μεταῤῥυθμίσαντες, inqvit Herodotus, σφέων ὀλίγα: paucas suas easqve simplices accommodatiores facientes. Σφέων, Jon. pro αὐτῶν, ipsorum. Minus ergò convenienter vulgatus interpres: *Eas illi cum suis pauculis collocantes in usu habuerunt.* In eundem, qvem nunc expressi, sensum Diodorus etiam Siculus scribit, Phœnicas, in iisqve Cadmum οὐκ ἐξ ἀρχῆς εὑρεῖν, ἀλλὰ τοὺς τύπους τῶν γραμμάτων μεταθεῖναι μόνον: neqvaqvam primos esse inventores, sed formas tantum literarum immutasse. Idqve ipsæ literæ, veritatis amore si conferantur, plus satis evincent. Unde rectissimè Tacitus, Græcam qvoqve literaturam non simul cœptam, absolutamqve memorat. Phœnicas a. ab Judæis accepisse literas consentiens multorum vox est Theologorum, & hos a Mose. Nec situs repugnat. Terra finesqve qva ad orientem vergunt, Arabia terminantur: A meridie Ægyptus objacet: ab occasu, Phœnices & mare: Septentrionem à latere Syriæ longè prospectant auctore Tacito. Qvi tamen ex Ægypto Græciæ literas intulisse Phœnicas refert, gloriamq; adeptos tanqvam repertores earum qvas aliundè acceperant.

Herodot. lib. V. c. LVIII.

Diod. Sic. lib. V. p. 235. Edit. Laur. Rhodom.

Tacit. Annal. d. l. XI. c. XIII. in fin.

Vid. Eupol. lib. de Regibus. Clement. Strom. lib. I. Horn. de Convers. Ind. lib. I. c. IV.

Tacit. hist. lib. V. c. VI.

Annal. l. d. XI. c. XIV.

§. II. Instat autem, ictumq; repetit Conringius; Leges Scriptas nullas fuisse Sveonibus & Gothis, anteqvam iisdem usi sint Dani: *hos verò solere sui illius juris auctores principes laudare Reges, Valdemarum Primum, alte-*

alterumq; illius nominis, qvorum ille Scanicas & Sialandicas, Anno MCLXIII, hic Cimbricas (Sic n. leges appellat Jutarum) *Anno MCCXL promulgaverit, & has quidem magnam partem ex juris Saxonici ſpeculo acceptas, teſte Arnoldo Huitfeldio, Magno Danici Regis Cancellario.* Sed labitur in vanum manus. Facile namq; conceditur juris illius, ut poſtmodum apparuit, vel emendatores principes, vel auctores ſtrenuos exſtitiſſe Reges Conringio ſupra laudatos; ſed prima ipſis initia deberi vero non eſt conſentaneum, præter alia plura, variis id ipſum loquendi modis, & caſuum deciſionibus remotiſſima profani Deorum cultus tempora reſipientibus, non ſine applauſu cernentium vel maximè refellentibus. Ut mittam hiſtorias cultiſſimæ Gentis antiqviſſimas, qvæ legum ejuſcemodi commeminerunt. Et qvod ad Scanicas ſeorſum attinet, ceteris certè Gothicis perſimiles ſunt, ut ex ipſa collatione exiſtimo ſatis ſanis omnibus liqvere, qvi vel qvalicunqve legum harum peritia cenſentur. Neq; id qvidem reputabitur mirum, cum & olim Scania pars Regni, cella penaria Gothiæ fuerit, primusq; Amundus *Slemme* Rex eandem certis à cetera Gothia limitibus ſeparari fecerit. Vide ſis Fragmenta legibus W. Gothicis annexa: **Om gamble Wäſtgiötha Rämärken emillan Swerige och Danmarck/** *De finibus antiqvis W. Gothiæ Sveoniam inter & Daniam.* Sed qvantum ad leges attinet Danorum, finge verbotenus, qvod Clariſſ. Conringius intendit (cum hoc ſine errore pudendo re concedi neqveat) an ideo firmiter ſeqveretur, idem qvoqve de Sveonibus ac Gothis, contra verba legum manifeſta, fidem auctorum invictam, & exſtantia monumenta multo certiſſima, pervicaciter ſine ulla ratione eſſe concludendum. §.III.

Arn. Hvitf. præfat. leg. prov. Fion.

Fragmenta legibus W.Gothicis ſubjecta.

§. III. Qva ſane rei evidentia commotus Jornandes, pro Philoſopho feciſſe Diceneum contendit (qvi Straboni Δεκαίνεος) providendo, ut cives ſui propriis viverent legibus; *Qvas usq́; nunc conſcriptas*, inqvit, *Bellagines* nuncupant. Qvid verò ſibi vox *Bellagines* velit, ſive ut codices habent Mss. *Bylagines*, non ita planum videtur cunctis. Vir ſanè Celeberrimus ac de re literaria meritiſſimus, Bon: Vulcanius notis ſuis ad Jornandem, non eſſe vocabulum hoc Gothicum, ſed ex Gothico corruptum exiſtimat. Id verò fuiſſe credit *Welhagen brevitatis cauſſa ita contractum à Welbehagen, qvod ſignificat beneplacitum; ita ut Bellagines nihil aliud ſint qvam placita principum.* Sed annotationibus in Paulum Warnefridum, *qvid verbum Bylagines ſignificet, adhuc qværendum*, dicitur. Cl. Verelius noſter per literas meam hac de re ſententiam aliqvando deſideravit, cui qvoq; fuſius reſpondi; ex conſenſu librorum manu exaratorum omnium, fideq; veterum, per *Bylagines* non aliud qvam civile jus intelligi poſſe. Nec à me ſeorſum hodieq; ſentiunt legum patriarum periti: Clariſſimi verò Vulcanii expoſitio, præter quod novitate ſua laborat, tum & à Scriptæ receptæq; ſemper lectionis veſtigiis, incredibile qvantum recedit. Cui qvoq; ſententiæ meæ convenienter ad oram libri *Vereliani*, qvem nunc poſſidet Clariſſimus Wolff, manu Verelii idem adnotatum cernitur. Qvid multa? In fragmentis juris antiqvi patrii eadem omnino ῥῆσις occurrit; ſimilemq; typis exſcriptæ leges commonſtrant.

Strab. lib. VII. & XVI.

Vulcan. in not. ad Jornand. p. m. 179. & ſeq.

Annot. in Paul. Warnef. de reb. Geſt. Longob. lib. IV. p. m. 281.

c. XV. Tingbr. Weſtman Ll. c. XIX. Tiufbr. Weſtg Ll.

§. IV. At Gothorum has fuiſſe leges inficiabere, cum iis utiq; temporibus, & florente cum maximè Diceneo, *Vittod*, non latinè *Lag* appellarentur, atqve

 uſus

Vid. Stiernhöök de Jur. vet. Sveonum Gothorumqve lib. I. c. I.

l. xxxII. D. de legibus.

Virgil. Ecl. II. Item. lib. XII. Æneid. circa fin. conf. Liv. lib. VIII. c. xxxv Nep. Att. c. XII. Cic. lib. III. orat. VI. in Verr. p. m. 108. lib. IV. Orat. VII. p. 147. & lib. VII. Orat. X. p. 261. Nec non lib. I. de invent p. 71. & lib. II p. 118. ubi deprecatio de scribitur,

usus loqvendi isthoc vocabulum tandem nostrum fecerit. Fateor eqvidem *Vittod* vocem pro *lag* sæpè occurrere; idqve præter alia Ulphilæ scripta declarant. Sed nec *vittod* solum; cum *biuths* etiam pro *lag* à veteribus sumatur à Biuþan/ qvod est jubere: Et hinc qvoq; freqventer jus non scriptum sive consvetudo *biuths* nominatur. *Qvippe inveterata consvetudo pro lege non immeritò custoditur: Et hoc est jus, qvod dicitur moribus constitutum*, teste Juliano. Ubi qvoqve paucis interjectis seqvitur. *Nam qvid interest; suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis? Qvare rectissimè etiam illud receptum est, ut leges non solum suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desvetudinem abrogentur.* Neqve tamen indè seqvitur τὸ *Lag* Gothis tunc temporis ignoratum. Sicut enim *biuths* à biuþan/ biuda; ita Lag à Lagian/ Laga denominatur. Ut falsum omnino censeri debeat, Lag esse Romanæ originis. Qvippe *la*, ex usu nunc loqventium lågh/ est humilis, declivis, ad terram demissus, humi stratus: Eodem utiqve sensu quo vox *humilis* Virgilio sumitur:

Humiles habitare casas. Et
Ille humilis, supplexq; oculos dextramq; precantem
Protendens; eqvidem merui, nec deprecor, inqvit;
Utere sorte tua.

Ubi simul distinctio inter *precari* & *deprecari* notari planè meretur. Liggia est jacere, cubare: Låggia ponere, locare: laga; fundare, disponere, ordinare: Lag/ dispositio, lex, constitutio. Cato: *Majores nostri sic habuere, & sic in legibus posuere.* Quid? qvod *lagian* pro ordinare apud Ulphilam qvoqve occurrat, utsic

in

Itemqve ad Heren. lib. I. p. 7. Cat. init. lib. de re rust.

in uſu iſtis etiam temporibus fuiſſe Gothis extra patriam habitantibus appareat, qvamvis lingvam illis ob mixtionem generis & ſangvinis cum aliis gentibus, ut de ceteris nihil in præſentia dicam, eſſe ſanè magis magisq; tempore procedente corruptam non negem. Magnoperè vero attendendum videtur jus noſtrum **Lag** appellari, cum fundamenti loco Reip. inſerviat, ut illo collapſo, neceſſario & hæc turbetur, corruatqve; In præfatione Birgeri Regis legibus Uplandicis præfixa, hæc leguntur: **Land ſkulu med Lagum byggias/ och ey med wåldzwärkum: ty att tha ſtande Land wäl/ tha lagum fylgies.** Regiones neceſſe legibus non vi fundentur; cum ſalus earundem in obſervantia legum ſit poſita. Qvæ qvoq; verba inter alia repetit prologus legum Weſſmannicarum. In prooemio legum Helſingicarum hæc additur ratio peregregia: **Wari ey Lag å Lande/ tha gate engin boodz firi:** Niſi lex in provincia vigeret, nemini ſua ſarta tecta ſervarentur. Præfatione Valdemari II. in leges Jut: **Met lov ſkal mand Land bygge.** Jure regionem gentemqve oportet condere. Juſtinianus Imperator de conceptione Digeſtorum ad Tribonianum: *legum auctoritas divinas & humanas res benè diſponit.* Rectiſſimè ergo Nobiliſſimus Samuël Puffendorff: *Nam valde*, inquit, *ſuperfunctorie indolem mortalium Plutarchus inſpexit, ſi credidit, ſublatis legibus civilibus, per decreta Parmenidea, Socratica, Platonica, Heraclitea, decus ac pacem humani generis ſtare poſſe.* Scilicet hic eſt effectus legum, juſtitiæ ita ſancta penetralia recludentium, in qvibus ſemper æqvi & boni reſpectus religioſa cum obſervatione verſari debet, ut *νομοθετήματα ὡς παρὰ τοῦ θεοῦ νομιζόμενα* rectiſſime audiant.

Præf. leg. Vpl.

Prol. legum Weſſmann.

Prooem. legum Helſing.

Præf. Vald. II. in leg. Jut.

Juſtin. de concept. Digeſtorum ad Tribonianum.

Puffendorff de J. N. & G. lib. VII. c. I. §. ult. in fin.

§. V. Caput a. qvod innuit Bureus in Codice legum W. Gothicarum, ab judicibus variis iſtius regionis collectarum etiam nunc exſtat, mentionem apertè faciens Gothorum in Græciam & Thraciam egreſſorum. Caput inqvies agere de profectis è Patria in Terram ſanctam, qvorum alii, poſtqvam in tranſitu aliqvandiu Jmperatoribus Orientis militaſſent, in regnum reverterunt, alii in terris iſtis conſederunt. Itanè verò? qvicqvam mente concipi, ac calamo conſignari poteſt, qvod omnes habet in ſe numeros falſitatis? Sed verba præcedentia monſtrant ſenſum eſſe de religionis cauſſa profectis. Qvid tu? ecqvid habes qvod certò dicas? Perpende, qvæſo, omnia, & vide, ne te decipiat prava legum abs te facta confuſio. Qvin veteres conſule membranas, ſatis tunc ediſces, duas eſſe leges qvam maximè diſtinctas. Qvippe una earum longè eſt vetuſtiſſima, recentior verum altera. Illa de egreſſu Gothorum vel notiſſimo, cujus etiam ſupra commemini, verbis loqvitur evidentiſſimis, hunc in modum rectiſſimè ſtatuens. **Ingſins mans Arf taker then Man i Girckland i ſittr.** Scilicet ut omnino nullus in hoc regno hereditatem adiret, qvi in Græcia ſedem fixerat. Hæc autem ut multò recentior de ceteris cauſſa qvacunqve alia exeuntibus agit. **Wänder man häl oc nacka at hemkyunum / oc ſtiger fotum af foſterlandi: ther ſkulu arwer wara är ſkyldaſti waru hanum / tha han heman for / än han komber eig apter till hemkynnä.** *Si qvis calcem & cervicem obvertat propingvis, pedemqve efferat patria, nec revertatur; agnati vel cognati ejus tunc temporis proximi cum egrederetur heredes ſunto.* Qvid multa? Si unus exſtiterit

rit codex mss. in qvo hæc promiſcuè leguntur, num propterea contra fidem oculatam ſuſpicari poteris ſic in omnibus fieri? qvæ tandem id ratio poſtulat? A typis exſcriptus ſic habet. Qvid? editi etiam alii codices propemodum infiniti in omni diſciplinarum genere nonne fallunt? An in dies ad ductum manu exaratorum librorum optimorum alii non prodeunt emendatiores? Sed tamen eſto, auctoritatem ſeqvere vulgatæ lectionis. Nihil utiqve hæc ceteris officiet, cum & hîc caſus per paragraphos diſtingvantur: modo legum ipſe peritus ſis, noriſqve, qvo potiſſimum modo legislator in cauſſis proponendis, iisdemqve ritè decidendis procedere ſoleat: Præter qvod loca ſexcenta legum codicumqve recentiorum, cum illis vetuſtioribus in eodem hoc codice vulgato commixta expreſſè vel dicantur vel cernantur: Urgebis: cetera minus probabile, verborum eſſe contextum de Gothis accipiendum, cum nullum fuerit periculum, ut qvi ante plura jam tum ſecula hinc in Sarmatiam primum, deinde etiam in Thraciam & Græciam exierant, ad alia qvam in patria hereditatem adſpirarent. Atqvi, mentem legi aliam affingere, qvam ipſa præ ſe ferat, ac evidenter reqvirat, immane qvantum veritati repugnet. Adhæc in memoriam revocandum, collectorem legum W. Gothicarum ultimum, omnes repertas leges ac conſtitutiones omnium temporum, ſine diſcrimine, auctoritate propria corraſiſſe, nulla congeſtionem hanc ſubſecuta recognitione, Regumve ſollemni confirmatione. Id qvod una mecum fatentur omnes, qvi veteres membranas aſpexerunt, &, vel tacentibus nobis, ipſe ſanè codex legum inculcat. Lex ergo mox ab

emigratione lata poſtmodum etiam exſtabat, ac etiamnum exſtat, licet uſum ſui nullum ſeculis tandem ſeqventibus præbuerit. Sicuti plurimas tantumqve non innumeras hodieqve reperiri leges caſcas & obſoletas neſcire nemo poteſt. His adde cippos ingentes, monumentaque lapidea, qvorum inſcriptiones evidenter teſtantur, iſtæc ſaxa in memoriam heroum inſignium eamqve perpetuam erecta, qvi in Græcia, vel Thracia, aliisve locis, qvæ arma Gothorum victricia ſenſerunt, virtutis ſuæ ſpecimina fulgentiſſima reliqverant. In veteribus autem lapidibus membranisqve, *Girkia*, *Grikia*, & *Girklandi* Græcia promiſcuè ſcribitur. Reperitur & ſæpè *Grikum*, *Grikium*, & *Girkium*, ᚠᛅᚱ ᛂᛒᛂᚢᚱᛏ : ᛑᛂᚱᚦ ᛏᛂᚢᚦᚱ ᛁ ᚴᛁᚱᚴᛁᚢᛘ. *peregrè conceſſit: obiit in Græcia.* Breviqve futurum arbitramur, ut volumen integrum ejuſcemodi lapidum *Runicorum*, induſtra præſertim viri Ampliſſimi Johannis Hadorfii auſpicato tandem ſucceſſu in lucem edatur.

§. VI. Ab judicibus dixi regionis, qvos hodieq; appellamus Lagmänn/ leges iſtas eſſe collectas. Qva ſimul occaſione cave tuto eis hîc accredas, qvi neſcio qva decepti vanitate, non verentur affirmare, tanta fuiſſe hos & reliqvos reliqvarum per Sveoniam provinciarum Judices poteſtate, qvanta Prætores apud Romanos, Edicta qvi mox inito Magiſtratu propoſuerunt albo affixa, ſecundum quæ per totum tempus præturæ jus eſſent deinde dicturi; cujus intuitu poteſtatis, Prætoribus MAJESTAS imperii tribuitur. Cicero etiam *Edicta* vocat ac *imperia* Prætorum: *Etiamne hæc*, inquit,

l. xı. in fin. D. de Juſtit. & Jure.

inquit, *nova debent edicta, & imperia Prætorum, & Apronii dominationem & Veneriorum servorum furta, rapinasq; perferre. Etiamne frumentum pro empto gratis dare? Etiamne in cellam, cum cupiant gratis dare ultro, pecuniam grandem dare? Etiamne hæc tot detrimenta, atq; damna cum maximis injuriis contumeliisq; perferre? Itaq; hæc judices, quæ pati nullo modo potuerunt, non pertulerunt.* Ubi quoqve notandæ sunt locutiones: *damna pati, damna perferre.* Hanc etiam contra Scioppium phrasin, *damna pati*, ex Seneca, Lucano, & Livio defendit Clariss. Borrichius, aliumque locũ ẽ Lucano addit. De imperio etiam Prætorum eumdem vide Ciceronem: Ubi de fascibus Prætoribus prælatis, atque Securium acie, & de tanta imperii vi, tantaque ornamentorum omnium dignitate data disseritur. Qvotus autem quisque est, vel paullo humanior, qvi ignorare volet, Judicibus hisce ab Regibus Juris & æqui amantibus curam esse legum commissam, ne quid præfectorum oscitantia qvorumcunque, ipsiusque neglectu juris, detrimenti Respublica caperet; & hinc quoque, ubi sic videretur necesse, recognitionem earundem inter alia in mandatis datam; sæpè etiam novos exortos casus, providæ ipsorum curæ, & sedulæ in ancipiti rationum diversarum circumstantia suggestioni, negotiorum interruptis ambagibus, unice fermè patuisse. Confer alias atqve alias cônfirmationes legum vetustarum, nec non exempla simul antiqviora, qvorum plenæ sunt historiæ Regum antiqvorum. Et nescio an hoc qvod in **Konung Olof Haraldz sagu** reperitur, qvicqvam occurrat illustrius. Qvo planè sensu accipiendum

Cic. lib. v. Act. in Verr. Orat. VIII. in fin.

Borrich. in Anal. ad Cogit. de ll.

Cic. lib. VII orat. x. in Verr. p. m. 243.

Confirmat. leg. Vpsal. An. MCCXCVI. Confirm. ll. Sudērm. A. Mcccxxvii. Kon. Ol. Harald. Saug. p. m. 89.

dum erit, qvod jure qvoqve communi sancitum repe-
c. xxv. in fin. Tingbr. ℓℓ: ritur. **Sidhan sätti thet up under Laghman sin.** Cum relatio tunc qvoqve temporis facta fuerit hujuscemodi qvæstionum ad Regem, per judicem Regionis; non autem facultatem hic de jure respondendi ceteris consulentibus habuerit, nedum auctoritatem juri dare, vel ejus supplendi vel corrigendi gratia potuerit; ut imperitè atqve ineptè à qvibusdam traditum comperio. Qvod utinam ne scripto suo svadere viro cuidam Clarissimo haud ita pridem in mentem incidisset. Et ut nihil addubites, ecce tibi cum ante prolatis concentum auctoris, breviter quidem, sed acutè satis arguteq; uti cetera sic etiam principium Summarii sui consignantis. **Här hittis namn thera manna är Wästragotlandz Lagh gördo ok framfördo.** Hic eorum exstant nomina [quæ quidem certò sciri constat] qui leges has W. Gothiæ composuerunt, & Regibus inde, consensu populi interveniente, obtulerunt confirmandas ac promulgandas. Ceterorum enim vetustate intercidisse cernimus.

§. VII. Facultas ergo qvantacunq; est ἀρχιτεκτονικὴ etiam circa sacra [quæ περὶ τὸ θεῖον ἐπιμέλεια Græcis dicitur] Regum semper fuit mansitque: modo ne invitis civibus, leges Regni longissimo usu corroboratas, pro lubitu violare & conculcare aggressi essent. **Olofs Sagu: Allr Svear wilia hafa forn laug/ och fullan rätt sinn.** id est: Sveones omnes legibus suis antiquis plenissimè frui volunt. Secundum quas etiam omni omnino tempore tributi servata confectio. Discimus id ex concentu legum & membranarum veterum: ubi **årliga lagha vtskyldir** recensentur. Quod quidem à ratio-

Aristot. Polit lib. VII. c. VIII Olf. Saug. c. XCII. Vide præter fragm. c. V. ¶. VI. Kongbr. M. Eri fons &c. IV. ¶. VI. eod. tit. ℓℓ: K. Christof. Beil. A. MDCLII.

ratione minimè alienum. Sicut enim ex intestinis & alvo sejunctus à reliquo is cibi succus quo alimur, per qvasdam a medio intestino ducentes vias, in venas usq; lacteas confluit, indeq; per commune receptaculum propè lumbos situm, ad *ductum*, uti dicitur, *thoracicum*, & ab eo in venam, qvæ Medicis vocatur *subclavia*, atq; sic etiam in venam cavam commiscetur, perq; eam ad cordis sinum dextrum congestus jam coactusq; penetrat, exin à corde in universum corpus per arterias permultas, & in omnes ejusdem partes diffunditur: ita etiam cives ex censu quotannis tributa conferunt, quæ per quæstores & Rei pecuniariæ administratores coguntur, atq; in ærarium una cum vectigalibus, portoriis, fructibus ac mercedibus publicorum prædiorum deferuntur; indeq; instar succi & spiritus vitalis pecuniæ in universos ac singulos solicitissimè distribuuntur, per vias modosq; admodum multos, ad cuncta imperii membra in salutem publicam pertingentes. Nec tamen hoc loco vel vacat vel juvat exemplis immorari licentiæ cujusdam temerariæ & pestilentis, qua non rarò jus sibi vindictæ pudendum in Reges suos arrogare furoris æstu percitus populus non dubitavit: cum nullus unquam titulus in qualemcunque excusationem nefandi sceleris, quocunq; demum colore tingatur, vel præferri vel sustineri debeat. Prætermitto, dum pudebat nonnullos parum optimates esse, parum prudenter quod optimum Reip. esset ab istis videri electum. Scienter namq; consultum inconsultum est, si patriæ sit periculo. A Davide quoque Divino, Divina verè, ut alias, ita hic quoque oracula fundente, verbis ostenditur perspicuis: *Insontem neminem esse posse qui manus* lib. 1. Reg. c. XXVI.

 Regi

Regi inferat. Ubi interpres Sveonicus: **Hoo will komma sina hand wijdh HERRANS Smorda/ och bliswa oskyldigh?** Et mox: **Så låte HErren thet wara långt ifrå migh att iag skall komma mina hand wijd HERRANS SMORDA.** Æſch:

Plutarch. Aex. xcIII.

Τεχχὺς μόναρχ@ κ' ἐχ ὑπεύθυν@ κρατεῖ.

Rex eſt ſuo utens jure, nulli obnoxius.

Anaxarchus apud Plutarch. Alex. ΠΑΝ τὸ πραχθὲν ὑπὸ τ̃ κρατȣ̃ντ@ θεμιτόν. *Omne quod agitur ab Imperante juſtum.* Et Terentius Senator: *Tibi* (Principi) *Summum rerum judicium Dii dedere, nobis obſequii gloria relicta eſt.* Itaque inter vinum & epulas ab Alexandro injuſte licet occiſus eſſet Clytus, Macedones jure interfectum eum nihilominus decernunt, *ſepultura qvoq; prohibituri, ni Rex humari juſſiſſet.* Scilicet firmiſſimè creditum incredulis, Jovi adſediſſe juſtitiam, ut qvicqvid is, ejusve his in terris imago Rex feciſſet, id quoq; juris omnino vigore cenſeretur à nemine impugnandum. Nec officit quod adulantium ita voces ſæpe numero ſint emiſſæ; cum jura ſcilicet omnium ferè gentium velint, jubeatque pactum humanæ ſocietatis, ut ei qui non precariò Rex eſt, ſed cum imperio, **Fullmyndig Konung/** rite pareatur. Ea namque conditio imperandi, ut non aliter ratio conſtet, quam ſi uni tribuatur. Faceſſant igitur hinc, qui perperam docere non dubitant, diſtingvendum hic eſſe Majeſtatem inter perſonæ, cui commiſſa eſt, competentem, quam vocant *perſonalem*, & eam quæ civitatis cenſetur ſive populi, diciturq; iſtis *Realis.* Sed eſt & alia ſententia, geminum volens ſubjectum Majeſtatis, ut aliud ſit commune, aliud verò proprium; quæ & ipſa tenui fulcitur tibi-

Tacit. Annal. lib. VI. c. VIII.

Curt. lib. VIII. c. II. & Popm. in notis ad h. l.

Vide Plutarch. lib. πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τȣ̃ φίλȣ. Quomodo poſſit adulator ab amico interno-ſci p. m. 58.

Grot. de Jure B. & P. lib. I. c. III. §. VII.

tibicine, quod poteftas imperandi à Deo proximè, (vulgo *immediatè*) conferatur, licet facultas fit populi, eligendi unum pluresve, â quibus regatur, fierive debeat loco Dei adminiftratio. Unde quod nec Ὑπεύθυνος fit Rex, hoc eft, minimè obnoxius rationi civibus reddendæ; Sed talis ab omnibus fubjectio requiratur, quæ vel ultimarum injuriarum patientiam fecum ferat. Quo fortè fenfu dixerit idem Curtius: *Nomen hoc gentes quæ fub Regibus funt, inter Deos colere.* Monet tamen aliqva commodè Grotius, ne putetur in hanc legem delinqvi, cum revera non delinqvitur. Nec officit poteftati Regum noftratium, nihil magnæ rei nifi advocato concilio amicorum id temporis geftum, qvando Confiliarii hi ac miniftri, non rectores fuerunt. Miniftri inqvam excellentiffimi nec rectores fuerunt, uti rectè qvoqve decreta ampliffima atq; ornatiffima conciliorum explanant. Perpulcrè idcirco Cicero, Oratione pro Domo fua ad Pontifices: *Hoc*, ait, *confiliario, hoc miniftro*; qvi Phædro & Plinio *confiliator*, à *confiliando*: Gallis *confeiller*: ut adeoqve vehementer meo qvidem judicio fallantur iftæc vocabula ut barbara repudiantes, & eorum in locum fubftituentes, *à confiliis*, ficut à *pedibus*, ab *epiftolis*, addito cafu fecundo; qvibus tamen loqvendi formulis neceffe eft ad veterum morem fervus aut libertus fubaudiatur. Alia aliorum etiam Scriptorum loca in præfentia mittuntur, cum ad propofitum fit revertendum.

§. VIII. Monftravi Svionas & Gothos iam inde ab antiqvo eo fuiffe ingenio, iisqve moribus, ut jura fua ritè conftituta fibi fanctè fervata voluerint: Et

K 2 hinc

Cafp. Ziegl. ad d. §. VII. Grotii.

Curt. lib. X. c. III.

Grot. de I. B. & P. lib. I. c. IV. n. VIII. & fequentibus.

Vide præter alia Stockh. Befluth. Ann. CIↃIↃC II. n. III. Cic. orat. pro dom. fua ad Pontif. p. m. 221 & feq. Edit. Sturm. conf. Ep. ad Attic. IX. lib. XIV. & lib. I. Famil. Phæd. Fab. VII. lib. II. Plin. IV. Ep. XVII. Scheff. ad d. l. Phæd. conf. Plaut. Epid. I. II. LV. Mil. Glor. IV. II. XXII. Et fub fin. Fab. ubi etiam congruus fermo reperitur.

hinc qvoqve in memoriam omnium testatiorem firmioremq; leges olim stato loco & die qvotannis recitatas recensitasqve legimus. All Laug à enum dagh/ id qvod in fragmentis antiqvis legibus subjunctis adnotatum cernitur. Neqve ruri ac in provinciis solum ipsum illud invaluisse constat, sed in civitatibus qvoqve aut oppidis, subtili explicatione convenienter adhibita, Um median summar. Qvod & in leges civiles transscriptum, ex earundem collatione videmus. Nam juris accurata notitia desideratur. Nec qvisqvam respondeat: *sufficere, ut simplex qviddam & uniforme doceamur*, monente Qvintiliano. Ubi qvoqve *uniforme* occurrit, cujus auctorem tantum facit Macrobium & idcirco posterioris ævi Clarissimus Cellarius.

Frag. leg. Antiq.

c. XXIII. Konungzbr. S. I.

Quintil. Dial. de orat. c. XXXII. Cellar. Class. immerito damnat, Antib.

§. IX. Dixi um median summar. Nimirum annus *ar* ab omnium prima & simplicissima voce *a* descendit, qvod est *habeo* notione etiam gignendi, unde Ἄττα, τέττα, Atta Goth. *fater*, pater, qvorum originem vocabulorum Græci interpretes ignorant. Convenit אב Hebræorum. Est & *a teneo, contineo*: *ar* igitur annus dicitur, qvod in se circuitum solis per XII intervalla signorum signifero in orbe, qvi à Græcis ζωδιακὸς dicitur, contineat, ad idem utiqve signum se denuo vertentis, unde discesserat. Hinc & annus vocatur vertens Ciceroni, Nepoti, Svetonio, Macrobio, aliisque: at arit wendis/ uti legum habent fragmenta; & jamnlanga. Polluci ἐνιαυτὸς, quasi ἀπὸ τοῦ ἐν ἑαυτῷ ἰέναι, qvod in se recurrat. Itemqve Ἡλίου περίοδος, solis circuitus, revolutio. Qvamvis haud ignorem qvandam esse differentiam annum inter vertentem & sidereum;

Eustat. ΙΛΙΑΔ. Δ. vide & ΙΛΙΑΔ. I. Vlph. Mat. VI. v. 9.

Cic. de Divinat. lib. II. p. 126.

Cic. orat. pro P. Qvint. De nat. Deorum lib. II. & somn. Scip. ex lib. de Rep. VI. Nep. Agesil. c. IV. Svetton. Calig. c. XXXVIII. Macrob. lib. I. Sat. c. XIV. Fragm. leg. Antiq. c. VIII. Manhelgbr. Bppl. aliisque locis tantum non infinitis. Poll. lib. I. c. VII.

reum; de qua ſufficienter Mathematici. Ad ſolis ita flexum, ſtatumqve recurſum anni qvoqve tempora ver, æſtas, autumnus & hiems vertuntur, rectiſſimè ſic diſſerente Seneca. Menſem etiam vortentem dixit Plautus. Sed & Cicero, Aſtra per cœlum penetrantia, *Solſtitiali ſe & Brumali revocatione convertere* docet. Præter alia qvæ *de mundo lucente* traduntur, qvem ad *volubilitatem* Deus Opt. Max. diſſerente ſic Cicerone, *rotundavit.* Lucret.

Sen. Nat. Q. lib. II. c. XI.
Plaut. Perſ. IV. IV. 76.
Cic. ex Timæo Plat. lib. de Vniverſit. p. m. 201.
Lucret. de R. N. lib. V.

Præterea cæli rationes ordine certo
Et varia annorum cernebant tempora verti.

Iterum:

Iter. ſub. fin. ejusdem libri.

At vigiles mundi magnum & verſatile templum
Sol & luna ſuo luſtrantes lumine circum,
Perdocuere homines annorum tempora verti.

Idem Lucretius:

Id. Luc. cit. lib.

Qvo pacto æſtivis è partibus Ægocerotis
Brumaleis adeat flexus, atq; inde revertens,
Canceris ut vertat metas ad ſolſtitialeis:
Lunaq; menſibus id ſpatium videatur obire,
Annua ſol in quo conſumit tempora curſu.

Tibull:

Tibull. lib. IV Paneg. ad Meſſal.

Hinc placidus nobis per tempora vertitur annus.

Ver autem ab æqvinoctio verno, æſtas à ſolſtitio æſtivo, autumnus ab æqvinoctio autumnali, hiems à brumali ſolſtitio incipiunt. Singula ternis partibus, & ipſis in orbem euntibus diſtincta cernuntur. Ita qvando de æſtate hîc vel maximè agitur, prima ſanè pars appellata æſtas nova, ſive iniens; altera media, ſeu adulta; tertia extrema ſive ſeneſcens. De qvibus omnibus videri poteſt Lucret. Qvæ ſic Latinis me-

Lucret. d. lib. V. de R. N.

media sive adulta, Nobis **midian summar**/ sensu non diverso vocatur. Et hæc de vertente anno. Qvamvis Cicero ex mente veluti Africani, homines populariter annum tantumodo solis, id est, unius astri reditu metiri adfirmet: *Cum autem ad idem, undè semel profecta sunt, cuncta astra redierint: eandemq; totius cæli descriptionem longis intervallis retulerint: tum illum verè vertentem annum appellari posse:* Jn qvo vix dicere audet, qvam multa secula hominum teneantur. Undè idem scribit: *Eum esse magnum & verum annum, qvo eadem positio cæli siderumq;, qvæ cum maximè est, rursum existet. Qui quidem annus horum .qvos vocamus annorum XII∞ DCCCLIV complectitur.*

Cic. de Nat. Deorum lib. II. p. m. 35. & seq. Tacit. lib. II. Annal. c. XXIII. Cic. sup. cit. loc. Somn. Scip.

Cic. in Hortens. Quintil. Dial. De orat. c. XVI.

§. X. Ex his ita notatis satis qvoq; patere existimo, cur anni æstas latinè dicatur. Cumqve commodissimum hoc anni tempus veteribus sit visum, nec ominis infelicis: minus qvoqve mirum censebitur, Græcos pariter ac Romanos suos de legibus sermones in id ipsum rejecisse. Certè Cicero Platonem testatur omnem orationem de legibus perorasse uno æstivo die; ad cujus etiam imitationem ipse voluit, totum de eodem argumento sermonem uno die confici. Sed de feriis æstivis, qvibus a Judiciis forum refrixerit, dicetur alias.

Vid. Gell. Noct. Att. lib. II. c. XXI. & lib. XIX. c. V.

Cic. lib. II. circa fin. De legibus.

§. XI. Verum enim verò ne qvaliscunqve deductionis de numero istoc XII Adsessorum uberioris, cum detrimento materiæ qvæ sub manibus est obliti videamur, ad Odini qvoqve tempora, & si qva Tibi, Lector, remotiora velis monstrari, oculum animumq; vertamus. Hic certè Odinus omen ipse fecit in Sveoniam adveniens civitati novæ, qvam suo de nomiue *Sigi* Sigtunam appellavit, præ-

fectis

fectis eidem XII qvi more utiq; prisco, Troiæq; inveterato, res ex æqvo & bono, non ex callido versutoq; Jure dijudicarent. Ita scilicet ut ne literis æquitas urgeretur. Id enim verba volunt præfationis *Eddæ*. Skipaþr þar Hausþingiar i þa liking sem i Troio voru setir XII hausþingiar at dômma Landzlag. Hausþingiar hîc dicuntur civitatis Principes ab *Haubith* s. *hausut*, unde *Caput* Latinorum, & *κεφαλὴ* Græcorum. Sicut etiam *haubith*, *haubithis* Gothorum; ita qvoqve *caput* & *capitis* Latinorum. Nec officere existimandum, h videri ab c vel maximè nonneminis arbitratu differre: qvum humanioribus paullo adsentientibus habeat aspiratio aliqvid c simile, uti pluribus monstrat illustris Scaliger, fide simul magna referens nonnullis in locis hodieqve h per c evidenter exprimi. Sic etiam *veho faceret vehsi assumpto sibilo, ut duco, ducsi. Postea, vecsi: & supino mutato sibilo in C, ut diximus, vectum*. Et sic in aliis similibus. Nota igitur: In more fuisse veteri Sveonum Gothorumque, & Trojanis, stirpis utpote Gothicæ, postmodum una cum sacris legibusque scriptis recepto. In more, inquam, ut istæc Judicii forma, istoc consilium religiosissimè servaretur. Qui quidem integer periodi sensus est. Qvem etiam confirmant historiæ legesque longè vetustissimæ. Nu war that swa/ at Odin aff theim tolff war domarin: sidhan staddis swa/ at Kunungr en firt sik sâtir a Thingi. ater gafs that swa sem fyrst war/ at Kunungr a tueim mannom duom i hânder sâttia: the domarar aghu thing sôkia å râttom thingrdagh. *Jamq; in hoc collegio duodecimus erat Odinus, ipseq; Judex: Deinde visum, ut nomine Regis alius judicio præficeretur. Iterum, ut*

Præfat. Edd.

Jul. Cæs. Scal. de causis ling. lat. lib. I. c. XXV.

Fragm. leg. vet.

ut primis temporibus, sancitum, duobus esse has in judicando partes committendas: Qui qvoq; stato die in judicio easdem ritè sustinerent. Duodecimus ergo judicis subire partes debebat. Unde quod hodieque Adsessorum suffragia colligens appelletur **Domare**. Qvamvis etiam nonnunquam numero X fuisse Notores alio loco demonstrem. Qvin & *Tuai* s. þuau h. e. *Duo* erant, quibus munus hoc amplissimum commendatum & concreditum. De Duodecim etiam Adsessoribus Hervarar saugu: **Han hielt þa med sier tolff spekinga/ þa er sitia skilldu yfr ollum vandamalum** h. e. *Duodecim tum etiam* (Rex Heidricus) *circa se babuit viros sapientissimos qui in causas gravissimas inquirerent.* Duodecim inqvam *spekinga*: Nempe viros Iuris scientia rerumque usu præstantissimos: non ex agro homines in forum: non ab aratro ad subsellia: non a negotiis rusticis ad insolitas lites atq; judicia traductos. *Spekinga* enim a *spaian*, *speia*, *spana*, unde latinum *specio*, quod est *speculari*, *esse in speculis*, itemque *rimari*, *sentire acutè*, qvod Ciceroni dicitur *sagire*. Is igitur qvi ante *sagit*, quam oblata res est, dicitur *præsagire*, id est, *futura ante sentire*. Inde & *spa* sapiens, *spaikingur*, *spekingur* Philosophus. Qvid? nonne ex eodem etiam fonte, præter alia id genus plurima, *spelunca* Gr. Σπήλαιον & Σπῆλυγξ, *specus*, Gr. σπέος, Jon. σπῆος, Poët. σπεῖος: Atq; etiam *Species* ipsa scilicet imago rei: qvamvis sæpè objiciantur formæ, quæ *reapse nullæ sunt, speciem autem offerunt.* In versione notisque Cl. Verelii minus propriè iidem adpellantur Judices. **Olofs sagu: Olafr Kunungr hafdi jafnan med ser XII enu vitrustu menn; þeir satu**

Dissert. De Jud.
Vid. Vlph. Mat. IX. v. 27.
Hervarar saug. cap. XIV.
Cic. lib. I. de divinat. p. m. 94.
Præf. leg. Vpl. R. Birg.
Cic. d. l. de Divin. p. 97.
Olofs saug. c. XC.

satu yfr domum med honom/ oc rådu um vandamal. *Olaus Rex duodecim semper Adsessores habuit prudentissimos, & qvi in judiciis de rebus difficillimis consultarent. Rædu* hîc, ut aliis in locis innumeris; qvo magis sic evincatur, eos Regi in consilio adfuisse: unde & Radmen/ sive plenius Kunungs Radmenn nuncupati. Qvem eundem ob finem ceteri ceterorum qvoque judiciorum Adsessores Rademenn olim appellati; ut hodieq; in urbibus per universum Sveoniæ Regnum. Ex ultima vetustatis memoria legum repetita fragmenta: Kunungr a nemdb med ser ſâtia tolfmåun: *Rex Adsessores* (qvi etiam à consiliis sacris, Konungs Radmenn dicuntur) *habeat, viros XII.* Konungr skal nemdd firi sik ſâtia / oc lagmadr a Thingi. *Duodecim Regi, & totidem judici etiam provinciæ adsidento, absentis vice Regis judicaturo.* Qvi numerus similiter in judicio cujuslibet Regionis, nec non Territorii minoris (vulgo *Herad* , seu *Hundari* , qvum hodieque centum pagis habitetur) jam inde ab antiquo constanter observatus, ut ex capitibus liquet bene multis Juris O - Gothorum. Vide consimilia loca ceterorum codicum , atqve ipsius etiam Magni Erici Regis , ut ita legum cernatur omnium universi juris nostri patrii concentus. Sed Adsessores tantum non judices vocati: Ut his qvidem sollemni formula præirent, qvod judicarent: Sic exponente Cicerone. Notores etiam latine dici possunt, Seneca: *Si qvis à me Notorem petisset, te fui nominaturus, qvi me optimè nosti.* Cic. *Amici recusare , ne qvod novum judicium, ne qva ipsius cognitio, illo absente de existimatione ejus constitueretur.* Unde etiam co-

c. xx. Manh. br. Up. LL.

Fragment. legum vetustiss.

c. I. §. I Ting. b. Westg. LL.

c. I. Ressabr. Öl. &c. c. II. Tingbr. Vplt. c. XXVII. c. XXXV. Konungzbr. c. X. c. XXXIV. c. XLI. Tingmbr. LL.

Cic. pro. Mil. Sen. de mort. Claud. Cæl. Cic. Orat. in Verr. VII. lib. IV. p. 121.

Cic. in Verr. divin. p. m. 56.

gnitor Ciceroni defenſor appellatur, qvi alicujus cauſſam novit, ac cum actore conjungitur. *Me*, inqvit, *cognitorem juris ſui*, *me actorem cauſſæ totius eſſe voluerunt.* Nec non qvæſitores, Qvos & ipſos Cicero cum judicibus conjungit: *Qvid mihi opus*, inqvit, *ſapiente judice? qvid æqvo Qvæſitore?* Ubi quoqve peregregie obſervatur, Judicem eſſe oportere *ingenioſum, & peritum, & æqvum.* Nobis **nämd** & **nämdemänn** à **nämna** qvod eſt nominare. Adſeſſores, inqvam, vocati; qvorum officii erat, uti ſupra innuebam, inqvirere, non judicare. *Sententiis primis damnare aut abſolvere; non illis, qvæ iterum legibus ferri debebant:* **Fälla eller frija/ oc ey dömma.** Judicibus namqve verè ſic dictis & judicio præfectis facultas competebat, cognitam plenè cauſſam & diſcuſſam, prævio Sacramento, ritè dijudicandi, ut non præjudicium, ſed planè judicium tandem factum exiſtimaretur, allegatis id capitibus plus ſatis evincentibus. Aliud igitur qvæſtione probe examinata, ſimpliciter damnare aut abſolvere: legibus item ferre ſententiam, ſive jus ſcienter applicare, longe aliud. Qvam quoqve in Attico foro Iudicii rationem benè diſtincteqve notavit Xenophon, qvi vir & qvantus? καὶ ὁ Κριτόβουλος· οὐκ ἔτι ἔφη ἔχω πρός σε ἀντιλέγειν, ἀλλὰ διαφερόντων, ἔφη, τὰς ψήφους, ἵνα ὡς τάχιστα εἰδῶ ὅ τι με χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτίσαι. *Et Critobubus, Non eſt ut amplius qvid opponam: qvare primam ferant ſententiam, ut confeſtim videam qvid me pati aut ſolvere oporteat.* Certè *Primam hanc ſententiam* expreſſè vocat etiam Æſchines: Ubi de diei facta diviſione agit, cum γραφὴ παρανόμων in forum introduceretur. Itemqve Cicero; Cujus verba eandem formam bre-

Cic. Orat. pro M. Fontejo.

Fragm. legibus W. Goth. ſubj. tit. **hwad en rätter Domara achta bör.**

Xenophon in Sympoſ. p. m. 520.

Æſch. Orat. in Cteſiphont.

Cic. lib. I. de Orat. p. m. 164. Ed. Sturm.

breviter ſed evidenti ſenſu explicant: *Socrates damnatus eſt, neqve ſolum primis ſententiis, qvibus tantum ſtatuebant judices, damnarent an abſolverent: ſed etiam illis, qvas iterum legibus ferre debebant.* ψῆφοι dicuntur in jam laudato Xenophontis loco; & id qvidem foro patrio haud inconvenienter, ut latæ monſtrant ſententiæ membranis conſignatæ, præter capita legum permulta ejusdem tenoris. ψηφίζω eſt computo: Nempe ut ſuffragia colligantur omnium, & numerentur anteqvam cum effectu procedat abſolutio, vel condemnatio. Illa Græcis ἀποψήφισις; hæc καταψήφισις. Qvid ergo ſi ὁμόψηφοι non eſſent omnes? Referebatur ita ad univerſos, qvod per majorem partem fiebat. Adde Dionyſium Halicarnaſſ. *Qvi tamen malè, cum eſſent XXI tribus, & abſolverent Coriolanum IX, ſi acceſſiſſent ei aliæ duæ, abſolutum eum fore διὰ τὴν ἰσοψηφίαν. Nec enim pares ſententiæ fuiſſent, ſed una major abſolutio Coriolani*: notante Cujacio. Sic igitur rectè Ariſtoteles: Κύριον τὸ τοῖς πλείοσι δόξαν. *Juris eſſe qvod pluribus viſum*: vel ut exponit Joachimus Perionius: *Qvod majori parti viſum ſit, id finem & jus eſſe.* Scilicet in iis qvæ ad univerſos pertinent. Qvomodo & jus patrium: **Hwem theſſe tolf eller ſiu af them fälla/ vari fältr.** *Qvem duodecim iſti, aut ſeptem ex illis condemnant, damnas eſto.* Qvid ergò ſi pares ſint ſententiæ damnantium & liberantium? Nihil ita ſummus Grotius actum exiſtimat, cum ad mutationem, & ad explendam damnationem non ſatis momenti ſit, ut hac ratione paribus ſententiis, reus cenſeatur abſolutus. Præter quod in dubio ſeſe favor in partes inclinare rei videatur, & ſatius habeatur impunitum relinqvi

Dion Halicar. lib. VII.

Cujac. lib. XII. obſ. c. XVI.
Ariſtot. lib. VI. Polit. c. II.
Joach. Perion. verſ.

Grot. de I. B. & P. lib. II. c. V. §. XVIII.

 deli-

l. x. §. un. D. De reb. dub.

delictum nocentis, qvam innoxium damnari. Qvæ ideoqve sententia vocatur *humanior* Ulpiano. Et ex calculo Minervæ, sic inferentibus Græcis ex fabula de Oreste.

Eurip. Orest. & Elect. nec non Aristoph.

Vide Euripidem: *ὅταν ἴσαι γένωνται ψῆφοι ἀπολύεται ὁ κατηγορούμενος. paribus sententiis accusatus absolvitor.* Ad mentem omnino Juris patrii antiqvissimi: **Nu än siex willia veria/ oc siex fälla/ tha agu their witzord sum wäria willia.** *Sex absolventibus, itemq; sex condemnantibus, sententia vincet liberantium.* Qvod deinde insertum legibus O-Gothicis etiamnunc in omnibus judiciis, per universum Sveoniæ regnum observatur.

c. XVI. Kristn. br. ÖL.

l. XXXVIII in fin. D. De re jud. Conf. Cic. Orat. VII. & ult. in Verr. Orat. vero VII. p. 124. verba etiam *unus & alter* occurrunt.

Hinc & si diversis summis condemnent judices, minimam spectandam esse Julianus scripsit. Qvam ergo scelerate? qvam nefarie fit? si dicat *unus & alter* qvid in judicio velit, & nihil omnino interrogetur, nisi ad innocentes in laqveos inducendos, ut sic implicati & circumretiti improbitati tandem cedant adversariorum. In civilibus tamen caussis, pari numero sententiarum, potiorem qvandoqve esse censendam, cui adstipulatur Præses, in Commentario ad Grotium ostendit Zieglerus. Nec multum civile jus patrium abludit.

Ziegl. ad loc. Grotij cit.

c. VII. Konungz br. St. Rätteg. process. art. XXXIII.

§. XII. Qvin & jure jurando dicenda sententia erat. Videatur Val. Max. Ubi de honore, qvi Athenis Xenocrati sapientia pariter ac sanctitate claro tributus, agitur; qvi cum testimonium de more dicturus ad aram accessisset, universorum assensu judicum ac proclamnatione inhibitus, ne jusjurandum daret, cum satis eidem sine hoc crederetur. Ita qvod *sibimetipsis postmodum dicendæ sententiæ loco remissuri non erant, sinceritati ejus concedendum* existimarunt. Undè & Στα-

Val. Max. lib. II. c. ult.

Aristot. lib. II. Polit. c. VI.

χειρίτης cum demum judicem pejerare adfirmat; qvi cum non putet deberi, tamen condemnat. Hinc & locutiones: *Sacramento rogare aliqvem. Sacramento dicere sententiam. Sacramento solvere.* Ubi *Sacramentum* pro jure jurando, qvod etiam *jurandum* Plauto dicitur. *Juramentum* autem recentius est. *Sacramentum perfidum* dicere: qvod Ciceroni est *pejerare:* Plauto *perjurare.* Jurandum verò iis erat per Tres Deos: ΤΡΕΙΣ ΘΕΟΥΣ ΟΜΝΥΝΑΙ. *Per Tres Deos juranto. Hesych.* ΤΡΕΙΣ ΘΕΟΙ παρὰ Σόλωνι ἐν τοῖς ΑΞΟΣΙΝ ὅρκῳ τέτακται. *Lege Solonis in Axonibus in Tres esset Deos Jurandum.* Scilicet Jovem, Neptunum & Cererem. Idqve *Heliastarum* proprium nonnullis existimatum, cum ab jus ritè dicturis in aliis atqve aliis tribunalibus ΑΠΟΛΛΩΝ ΠΑΤΡΩΟΣ ΚΑΙ ΔΗΜΗΤΗΡ ΚΑΙ ΔΙΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ, Patrius Apollo, Ceres, & Rex Jupiter, & testes & ultores invocarentur. In qvibus sanè jurisjurandi generibus, si rem ipsam spectemus, vel nulla vel perexigua notari differentia meretur. Patrius Apollo heic dicitur, qvod legibus reverentissimè esset receptus: tanta religione & publicè & privatim cultus, non ut ab aliis ejus huc adlata sacra, sed ut ceteris hinc tradita esse viderentur. Unde interrogantibus etiam Græcis, qvemadmodum sacra ritè essent obeunda, respondisse ferunt Apollinem: ΚΑΤΑ ΤΑ ΠΑΤΡΙΑ, h. e. *ex more patrio.* Qvod qvò valeret cum non intelligerent, qvum πάτριος, πατρῷος s. πατρῷος *patrius* Apollo dici posset iam diu receptus, constanterqve cultus, idemqve Hyperboreus sive Barbaricus; denuo scíscitari necessum habebant, qvid esset κατὰ τὰ πάτρια; responsum indè ferentes, idem hoc esse qvod ΚΑΤΑ ΤΡΙΑ: τρία inqvam Hyperboreorum, id

Sveton. Vespas. c. I.
Plaut. Cistell. II. I. 19. & 26.
Horat. lib. II. Carm. Od. XVII
Cic. pro Rab. Posth.
Plaut. d. f. II. I. 24.
Demosth. in Timoc. cont. Mid. p. 409.
Petit. in Comment. Hesych. p. m. 916.

Vide. Poll. lib. VIII. c. X. & XII.

Ex Gem. Cels. Comp. p. I. c. ult. p. m. 145.

Aristot. de Cœl lib. 1. c. 1. Pleth. in schol. ad Orac. Mag. Jamblich. Prot. c. v. in vit. Pythag. c. xxviii. Et Porphyr. in eiusd. vit. Snorr. in Sivar. Thor. & vita Hacqui. Olofs Saug. c. cxvii. Scheff. Vpf. Ant. c. x. p. 143, & seqq. atque in Sag. & legibus veteribus passim. Conf. cap. seq. Plat. in Epinom. p. m. 924

est, hoc numero potissimum retento, ritibusque ab Hyperboreis acceptis. Τριχθὰ namqve πάντα δέδασαι. *Trifariam divisa cuncta sunt.* Καὶ πάντα τὰ ἀνθρώπινα τριὰς συνέχει. *Numerus ternio humana omnia complectitur.* καθάπερ γάρ φασι καὶ οἱ Πυθαγόρειοι τὸ πᾶν, καὶ τὰ πάντα ΤΡΙΣΙΝ ὥρισαι. *Qvemadmodum etiam Pythagorei contendunt, & omne & omnia TRIBUS determinata.* Hinc qvod in sacris & legibus ter terna ducerentur, atqve idem ipse numerus triplicaretur. Confirmat hanc sententiam Plato fide magna referens Græcos, Deos quos â Scythis s. Barbaris acceperant, tum institutis præceptisque, tum Delphicis oraculis adstrictos religiosissimè coluisse. De Jurejurando in ejusmodi ferendis sententiis, parum abest, quin infinitis locis legum nostrarum, tam antiquiorum quam recentiorum tractetur; ubi sequentes formulæ: **Med Eed thera: Med Eed: Eed Tolfmanna: Eed siu Manna/** & aliæ similes occurrunt. In profanæ quoque religionis superstitione pertinacissimè hærentibus seculis, factum esse in patria nostra Jusjurandum per *Neptunum* sive *Attinem*, Jovem sive *Thorum*, & *Cererem* sive *Freiam*, legum docent fragmenta & Historiæ. Formula antiquissima hunc in modum aut similem concepta: *Hialpi mier sua Freia, Thor oc hin almatki As. Ita me Freia* (Ceres) *Thorus sive Jupiter, & Attin Maximus* (per quē quoq; sol s. Apollo innuitur) *adjuvent*. Cujus postmodum numen nomenque Odinus Asiaticus invasit. Et hæc sunt legitima, de quibus etiam Cornelius Nepos: *Inde judicio, legitimis quibusdam confectis, damnatus, traditus est undecim viris, quibus ad supplicium more Atheniensium publicè damnati tradi solent.* Undecim viri quoque fuerunt, quibus legum vigore vetustissimarum

Conferatur an nar parturEdd. tit. De nominibus Odin. & Jon. Rugm. Jsland. Fragm. legum; ubi in sollemni formula Freir recitatur.

ſſimarum civilium in patria noſtra publicè damnatos eſſe traditos accepimus; eorumque præfectus in antiquis legibus Bircenſibus Stupagrewe vocatus. Grewe autem quaſi Gerewe ex Ge particula verbis ac verbalibus præponi ſolita, & rewa, quod eſt *inquirere, exigere, exſequi*. Unde Grewe etiam judex, prætor, quæſitor, quique quod ritè judicatum eſt ſtrenuè exſequitur. Poſt in more poſitum inſtitutoque majorum noſtrorum, ſicut reliquarum circumjectarum gentium, ut ii, qui genere, virtute, ſama, rebuſque geſtis ſuper ceteros ex equeſtri ordine eminentes conſpicerentur, ſingulari quoque dignitate, ſollemni inaugurationis ritu exornarentur, ab Rege accepti gladij memores ſemper futuri. Atque idcircò etiam Kunungr ſwerdtakare/ ut in Hirdſkra Jarlar/ appellati. Cumque Gothicum hoc vocabulum in alias ſanè nationes ferente ita occaſione ſit traductum, mirari hic inanes quorundam contentiones convenit, quæ in medio ardore ſæpè frangun-tur & corruunt, quando ipſum illud in voces neſcio quas aliarū lingvarum invita Minerva reſolvere non dubitant. Sic enim ut in multis quoque negotiis inter homines ſapienttiſſimos conſtare vidi, non tam ab aliis, quam ipſi à ſeſe ſuperantur. Ab Rewa etiam Ráſſt/ Kunungr Ráſſt/ Reſſingarþing/ Ráſſt eller Landzthing/ *comitia pro vindicandis ijs, quæ contra ſalutem publicam peccantur*, exponente Verelio. Qvamvis hoc modo nonnulla quæ ſunt in re prætermittantur. Namque hæc judicia non puniendorum tantum, ſed etiam inquirendorum maleficiorum cauſſa conſtituta ſunt. Et ut quæque res erat turpiſſima, ſic maximè & maturiſſimè in ejuſcemodi judiciis & cognoſcenda, & ſumma inde religione judicis dijudicanda erat.

§. XIII.

conſulantur legum Fragmenta, & leges antiquæ Bircenſes.

Conſ. Hirdſkra tit Hr. Kunungr ſkal Jarl giera. Gula þingsbr. I. luthr. Rubr. Um ferd nordr. t' Trondheims. Et Rubr. um Hertuga eid. Ægid. Girs in vit R. Er. XIV. Joan. OEtting. De Jure Limit. lib. I. c. V. ubi variæ variorum opiniones recenſentur: c. I. & ſequentibus. Ráſſtabr. Ol. Olofs Sag. c. XCI. C. XXXV. Kongbr. c. IX. & X. Tingbr. ll. & aliis locis pluribus. Verel. in lex. Scand.

§. XIII. Sed eſt & alia lex perantiqva de geſtatione igniti ferri, ad oſtendendam in dubiis cauſſis innocentiam, qvam in Regnum hoc una cum Chriſtiana Religione inductam nonnulli falſò opinantur, exemplo qvaſi Popponis, qvi primus iſta ratione in Dania fidem præceptis CHRISTI feciſſe traditur, præſente Erico Sveoniæ & Daniæ Rege. Lex autem erat hoc verborum tenore concepta. **Allir dulsmaal ſtandi undir Jarne oc Gudz Domi: wardir ſkier at Järni/ ſe ſaklauſer/ brennr at iärni/ heti med rettri ſeltr.** *Caſus omnes dubii candentis ferri Deiq; judicio ſubjiciuntor: ferro purgatus inſons eſto; ferro damnatus juſtè punitor.* Iterum: **Nu wänis thön ſak til thera/ tha war thet ſwa förſt i Laghum/ at thön ſkuldu wäria ſik med Jarne ok Gudz Domi**: *jam ſi occultorum criminum homines olim accuſarentur, legibus primis omniumq; vetuſtisſimis ſancitum erat, ut ferro ſeſe Deiq; judicio purgarent.* Qvod utiqve genus probationis, firmata qvaſi per illud ex provocatione incredulorum iterum iterumqve Doctrinæ cœleſtis veritate, pro certiſſimo poſtmodum, tantumqve non unico, & verè Divino qvam diutiſſimè habitum. Undè & ab incredulis alii qvi Chriſto nomina dederant, non raro coacti leguntur, vel ad Sacra Diis facienda, vel ad laminam ferri candentem pedibus contrectandam. Certè præter alia, in veteribus membranis, qvarum mihi exemplum tranſmiſit Nobiliſſ. Joannes Heiſig, mentio fit Tiburtii cujusdam Cromatii filii, cui per ſententiam ipſum illud injunctum cernitur. Digniſſimus hic ſanè locus, qvi vel me tacente, à qvovis cum cura legatur relegaturqve. **Tha wart** Tiburtius **gripin/ oc gaſſz honom wald at offra Eduhom/ älla träda barſötter a brännande**

Nobiliſſ. Stiernhöök de Jure vet. Sveon. Gothorūque lib. I. c. VIII. & Fragm. leg. Antiquiſſ. Loccen. Antiq. Sveogth. lib. II. c. IV. c. XVII Edzörb. Dl.

de glödhum. Tiburtius giorde Kors för sinom Fotom/ oc trod orädдir barfottr wta glödenar/ oc sang Gudz loff/ oc sagde: mik thykkir sem iak ginge fram at rosa blomstre i mins HErra Jesu Christi Nampn. Sic autem transfero. *Tunc comprehensus erat Tiburtius, cui deinceps relicta optio, utrum mallet Diis istis fictis & commenticiis sacrificare, an ignitum ferrum pedibus contrectare & inambulare. Tiburtius autem crucis subnixus & fidens signo, nudis pedibus seriem laminarum candentium intrepidè emensus, laudes sonora voce DEo cantavit, insuper addens: videor mihi sentire rosas pedes svavissimè demulcentes in nomine Domini mei JESU CHRISTI.* Cum autem profanis primum, ut dixi, in usu fuerit, hinc etiam in Jure Romano Pontificio purgatio ejusmodi vulgaris dicitur, nec ab *Ecclesia* CHRISTI recepta. Consentit caput Juris insigne, ubi hoc judicium ab *Ecclesia* penitus improbatum vetitumque monstratur, utpote quo Deus optimus Maximus tentari videatur. Qvare factum tempore procedente, ut non in aliis tantum regnis orbis Christiani, notantibus ita Doctoribus, sed in patria qvoqve nostra tandem à Birgero *Jarl* abrogaretur. Cujus ita exemplum filius Magnus, nepósq; Birgerus Reges Sveonum Gothonumqve secuti, tenebris idem damnarunt. Verum uti fieri assolet erroribus inveteratis, regnante Magno Erici nonnullis in locis per Sveoniam luci postliminio qvasi restitutum. Sic enim habet caput ultimum Ärfdabalkår/ Helsingicarum legum: Forty at Ärkibiscup Olafwer kiärdi at iarnbyrd war ater uptakin i Helsingiå Landi/ sidhan hon war aflagdh i Kunung Magnusa oc Kunung Birghirs daghum: tha staddis thätte i Stockholmi af

II. q. v. c. xx. Cap. ult. ext. De purgat. vulgari.

DD. ad. cit. cap.

d. c. xvII. §. I. Edzörbr. Sk.

Cap. ult. Ärfdabalkår/Helsing Ll.

M alt

alt Kunung Magnusa Radh/ sum Kunung är badhe i Swœriki ok Norghi / at Jarnbyrd skulde aldri optare wara. Ok toks therfore samu rätter sum förrä war tolf manna nämpd / vm thön mal Jarnbyrdä mal waru: ok skal bötäs fore hwart mal sum Nämpd fällir / swa sum thet at han ath iarni fallin wrdi. *Qvippe Olao Summo Pontifice Upsalensi conqverente de in usum reducto ritu gestationis ignitæ laminæ ferreæ, pridem insigni cura ac auctoritate Magni Birgeriq; Regum antiqvato; Holmiæ cum consilio Senatus sui Magnus Rex Sveoniæ & Norrigiæ sanciendæ veritatis gratia, severiore lege eundem in perpetuum obliteravit. Cujus ea propter in locum suffectum erat duodecim virorum jusjurandum, velut ante obtinuerat; cautumq; ut in posterum pœnæ ex hac qvoq; condemnatione æqve* Cap. II. §. I. *injungerentur, ac antea judicio ferri candentis.*

C. V. §. II. IX. & X. §. XIV. Et, sicuti alio loco pluribus observatum, Sacrorum atqve institutorum cum Grais factam esse communicationem; ita nec mirum censeri poterit, si sacris etiam istis convenienter, ritum qvoqve similem in dubiis caussis, veritatis investigandæ caussa, hi non excluserint. Luculentum hujusce legis Græcorum apud vetustissimos exemplum præbet Sophoclis ANTIΓONH. Qvippe singulari Polynicem certamine cum fratre occumbentem, Rex Creon insepultum abjecerat, in volgus edito interdicto, *ne qvis eum sepeliret*; qvod etiam edictum morte sanxerat. Fatum hoc fratris soror Antigone miserata, clam custodibus cadaver ejusdem terræ mandavit; Qvibus non simplicem mortem Creon minatur, nisi auctorem perpetrati criminis indicarent. Jlli innocentiam ostensuri ad igni-

Sophocl. Antig.

tis

ti hujus ferri ſollemnem contrectationem provocant, undè provida Deorum cura certò conſtaret, hoc neq; ipſos commiſiſſe, neqve qvemqvam alium ipſorum conſilio feciſſe.

Eramus, inqviunt, *parati ignitum ferrum manu capere*, Verſ. vulg.
Et ire per ignem, & jurare,
Qvod non feciſſemus, nec ſciremus qvemqvam
feciſſe noſtro conſilio.
Ἦμεν δ᾽ ἕτοιμοι καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν
Καὶ πῦρ διέρπειν, καὶ Θεοὺς ὁρκωμοτεῖν.

Sive ut reddit vetus Scholiaſtes: *μύδρους βαστάζειν, καὶ πῦρ ὑπερβαίνειν*, Vet. Schol. ad h. l. Antig. Notandum etiam ex eodem loco, qvod *ὁρκωμότης*, jure jurando ſollemni obſtrictus, ſic geſtare, vel pedibus ingredi deberet. Poſt in eadem Tragœdia cernitur, qvomodo Antigone factum tandem confeſſa, viva terræ, ſententia Creontis, qvæ qvoqve in hac cauſſa memorabilis, recondita ſit. *Γετικὸν δὲ τὸ ζῶντας κατορύσσειν*· *Getarum enim eſt viventes defodere.* Id qvod infinitis propemodum locis legum noſtrarum antiqviſſimarum confirmatur.

Conf. c. v. fin. princ. Höghmålbr. ll: c. xiv. eod. tit. c. i. fin. princ. Tiufwabalker. C. xvi. q. iv. Kirkbr. c. iii. q. ii. Tiufbr. Sk. Loc. paral. Cod. R. Magni Erici. c. XLIX. q. iii. Manhälghbr. Vplandzll: c. xxxii. in fin. eod. tit. Helsingll: c. xv. Kirbr. Vp/ ll: & Fragm. legum vetuſtiſſ.

CAP. IV.

Summarium.

§. I.

E*Rgò dubium non eſt, ætate qvoq; Zamolxis ſcriptas exſtitiſſe leges. Teſtimonium Joannis Magni & Jornandis.* §. *II. Accedit auctoritas Ablabÿ. Conſentiunt & ceteri Græci Latiniq; ſcriptores.* §. *III. Græcorum Helleſpontum & Pontum tempore*

 Herodoti

Herodoti incolentium judicia opinionesq; concordant. Insignis Herodoti locus. §. IV. Qvædam in vulgata hujus loci versione de Pythagora emendantur. Philosophiæ doctores vocati antea sophistæ. Tandem contortis argutiis alios circumvenientes eum titulum sibi retinuerunt. De subterraneo Zamolxis ædificio sententia Herodoti. §. V. Concentus consensusq; antiquarum membranarum Gothicarum cum Herodoto. §. VI. Nec diversi recentiores abeunt codices Mss. Est item codex ejusdem tenoris, nomine & insignibus Regis JOANNIS III *decoratus. §. VII. optimè etiam Straboni cum nostratibus convenit. Laërtii locus & emendatur & explicatur.*

§. I.

EX his ergo omnibus ita satis excussis, liqvido constare arbitror, ævo quoq; Zamolxis scriptas exstitisse leges: Qvem Johannes Gothus à Pythagora in patriam reversum, *aureas Præceptoris sui sententias legesq; Gothis inculcasse* narrat. Jornandes etiam Gothus Scriptor antiqvus, ex fide veterum, qvi historias Gothorum annalesq; consignarant, *Zamolxen & Diceneum miræ eruditionis* fuisse memorat, eaqve re civibus suis legumlatores longè gratissimos.

Joh. Mag. Hist. Sveon. Gothorumq; lib. III. c. XV.

Jorn. de Get. sive Goth. orig. & rebus gestis, c. V. & XI.

§. II. Sed & summorum auctorum, qvos ipse laudat, Ablabii, Dexippi, itemqve Dionis Græci, Orosii, & cujus non veterum Scriptorum eadem mens fuerit, concentum in plerisqve etiam aliis ad exitum è Scandinavia, fortitudinem, summamqve Gothorum justitiam spectantibus monstrante Nicolao Ragvaldi, & Paulino Gotho. Qvos si nimium Genti suæ favere credas, adde sis Vulcanum Beugensem, ceterosqve omnium propè Gentium Scriptores, qvi qvid de Gothis, Ge-

Nicol. Ragv. Orat. Basi. hab. & supra allegat. Paulin. Goth. Hist. Arct. lib. I. c. XI. Vulcan. Beug.

tis

tis ac Scythis prodidere, longa ſanè ſerie à memet ipſo ſupra enumeratos.

in Epiſt. ad Ord. Fril. Hiſt. Jornand. præf.

§. III. Certè de Samolſe conſentientem Græcorum Helleſpontum & Pontum incolentium ætate ſua vocem fuiſſe, ac in volgus ſatis notam, teſtatur Pater Hiſtoriæ, uti Ciceroni dicitur, Herodotus: Cujus libros in Olympicis recitatos ludis, tota didicit Græcia venerari. Cujus qvoqve verba membranis noſtris, librisqve manu exaratis mirum in modum conſonantia, in gratiam benivoli lectoris adjicere, qvo res appareat planior, minimè pigebit, Sic autem loqvitur Scriptor longè antiqviſſimus. *Τὸν Ζάμολξιν τοῦτον ἐόντα ἄνθρωπον δουλεῦσαι ἐν Σάμῳ. δουλεῦσαι δὲ Πυθαγόρῃ τῷ Μνησάρχου. ἐνθεῦτεν δὲ γενόμενον ἐλεύθερον, χρήματα κτήσασθαι συχνά· κτησάμενον δὲ ἀπελθεῖν ἐς τὴν ἑωϋτοῦ. ἅτε δὲ κακοβίων τε ἐόντων τῶν θρηΐκων καὶ ὑπαφρονεστέρων, τὸν Ζάμολξιν τοῦτον ἐπιστάμενον δίαιτάν τε Ἰάδα, καὶ ἤθεα βαθύτερα ἢ κατὰ θρῆκας [οἷα Ἕλλησί τε ὁμιλήσαντα, καὶ Ἑλλήνων οὐ τῷ ἀσθενεστάτῳ σοφιστῇ πυθαγόρῃ] κατασκευάσασθαι ἀνδρεῶνα, ἐς τὸν πανδοκεύοντα τῶν ἀστῶν τοὺς πρώτους, καὶ εὐωχέοντα, ἀναδιδάσκειν ὡς οὔτε αὐτὸς, οὔτε οἱ συμπόται αὐτοῦ, οὔτε οἱ ἐκ τουτέων αἰεὶ γινόμενοι ἀποθανέονται ἀλλ' ἥξουσι ἐς χῶρον τοῦτον ἵνα αἰεὶ περιεόντες ἕξουσι τὰ πάντα ἀγαθά. ἐν ᾧ δὲ ἐποίεε τὰ καταλεχθέντα, καὶ ἔλεγε ταῦτα, ἐν τούτῳ κατάγαιον οἴκημα ἐποιέετο. ὡς δέ οἱ παντελέως εἶχε τὸ οἴκημα, ἐκ μὲν τῶν θρηΐκων ἠφανίσθη· καταβὰς δὲ κάτω ἐς τὸ κατάγαιον οἴκημα διαιτᾶτο ἐπ' ἔτεα τρία. οἱ δέ μιν ἐπόθεόν τε καὶ ἐπένθεον ὡς τεθνεῶτα. τετάρτῳ δὲ ἔτεϊ ἐφάνη τοῖσι θρήϊξι, καὶ οὕτω πιθανά σφι ἐγένετο τὰ ἔλεγε ὁ Ζάμολξις. ταῦτα φασί μιν ποιῆσαι.* Hoc eſt: *Zamolxin hominem fuiſſe, Samique ſervitutem ſerviviſſe Pythagoræ Mneſarhci filio: illinc libertatem nactum magna vi pecuniæ comparata, in patriam rediiſſe,*

Cic. lib. I. De legibus.
Herodot. lib. IV. c. XCV.
Lucian. in Herod.
ΗΣΥΧ. ΛΕΞ. p. m. 409.

rediisse. Cumque animadverteret Thraces malè viventes & inscitè, ipse edoctus Jonicum vivendi genus & mores liberaliores quam Thracum, ut qui conversatus esset cum Græcis, cumque Pythagora sapientiæ Doctore Excellentissimo, domicilium exstruxit, in quod primos quosque popularium in convivium accipiebat, & inter convivandum docebat, neq; se neq; suos convivas, neq; illos qui illic assiduè gignerentur interire; sed in eum locum ire, ubi superstites omnium bonorum compotes essent. Dum ea quæ commemorata sunt ageret atq; diceret, interim subterraneum ædificium struebat. Quo prorsus absoluto, è Thracum conspectu se subducit, descendens in illud subterraneum ædificium. Ubi circitur triennium egit, desiderantibus eum Thracibus, ac deflentibus tanquam mortuum. Quarto anno se iisdem in conspectum dedit, atq; ita credibilia sunt effecta quæ illis exposuerat. Hæc Zamolxin ajunt fecisse. Hactenus, & ad vulgatæ ferè versionis tenorem Herodotus.

§. IV. Dixi ferè; cum ad mentem auctoris nonnulla mihi immutare sit visum. Ita ῥῆσις ejusdem de Pythagora ἐ τῷ ἀσθενεστάτῳ σοφιστῇ, excellentiam omninò monstrat: pari videlicet ratione, qua Poëta vocat Ajacem ἐκ ἀφαυρότατον Ἀχαιῶν, longè hunc clarissimum fortissimumque fuisse existimans; quales etiam locutiones latinis scriptoribus frequentes post alios declarat Clarissimus Vorstius. Philosophiæ namque Doctores vocitati ante sophistæ sunt: sed cum parum honestæ ostentationis, turpisque quæstus caussa, sacrum Philosophiæ nomen tandem profanaretur, vafris sollertiis dediti, quique alios contortis argutiis adoriri & circumvenire malebant, infames nonnunquam materias, &

Vorst. de latin. falsò susp. c. XXV.

ἀσθε-

παραδόξους ὑποθέσεις defenſitando, nomen hoc ſibi retinuerunt. Sed nec illud prætereundum, fidem ſubterraneo huic ædificio Herodotum neque detrahere, neque valde tribuere, arbitrari tamen multis Zamolxin ante Pythagoram annis exſtitiſſe, uti, præter alia, liquet excuſſo majori ſollicitudine capite proximo ſequente; ubi de eodem ſequitur: εἴτε δὲ ἐγένετό τις Ζάμολξις ἄνθρωπος, εἴτ' ἔστι δαίμων τις Γέτῃσι οὗτος ἐπιχώριος χαιρέτω. *Verum ſive Zamolxis fuerit homo quiſpiam, ſive ſit Dæmon Getarum indigena, valeat.* Nec dubitari debet quin exſtiterint ante Herodotum Scriptores, qui idem retulerant: ſicut & ante Homerum Poëtas vixiſſe exiſtimat Cicero *ex eis carminibus quæ apud illum & in Phæacum, & in Procorum epulis canuntur.*

Plat. in Protag. Iſocr. in Hel. laud. mox ab init.
Cic. l. II. Acad. quæſtio.
Plutarch. περὶ τοῦ EI τοῦ ἐν Δελφοῖς. p. m. 385.
Gell. lib. VII. c. III. lib. XVII. c. XII.
Cic. lib. De claris Oratoribus, qui dicitur Brutus, p. m. 266.

§. V. Ad eandem omnino Herodoti ſententiam membranæ noſtræ antiquæ fidei: **Fyrſti war** Samolþius **ſa er Lag framfördi medh mykli ſnilli / han war** Pythagoraſſa **Thrähl i Samey. Han for frälsgifwi hingat til alsheriar þing. Han bygdi här Hws oc baud till ſijn Kunungi oc ollu ſtormänni um alt** Sviþiod. **þa taladi han vid þa er med honom ſatu i Hollini at Natvardi/ oc Dryckio ſina ſamanhaftu/ at han Odain wäri oc theßin ſtad Odains. Litlu ſidar hwarf han vr aſyn aldra thera/ och eptr thrij ara Dag opnadis Jardr/ tha kom han ater til war: þui trudu allir men uthan all genmäli hwad i theſſu mali ſagt war.** Quæ fideliter in hunc modum latine reddidi: *Primus ſingulari induſtria leges conſcripſit Samolthius, qui Sami manumiſſus à Pythagora huc pervenerat, cum ex univerſo Sveonum imperio confluentibus civibus ſtata jam comitia forent celebranda. Quibus ſapientia*

ſua

ſua cunctis ſatis ſuperq; probata domum exſtruxit, invitavitq; ad Epulas Regem ac proceres omnes. Ubi ſermone ultrò citrò inter cœnam conſito, Deorum Heroumq; epotis Scyphis, immortalem ſe ſuaq; gentis reliqvos pluribus adfirmavit, inſinuans ſimul ipſum hunc eſſe locum immortalium. Nec diu poſt moratus velut è conſpectu evanuit. Aſt elapſo jam triennio, diſcedente terra, redditus eſt ſuis, vera tandem qua hac ſuper re cuncta dixerat, exiſtimantibus. Quæſo en unquam ſimilius eadem res à quoquam verborum operam compendifaciente enarrari poterit?

§. VI. Qvin & alia nobis adſunt ſubſidia idem omnino confirmantia. Qvid enim? annon ita recentiores manu exarati libri? Herclè verò ſeriò. Sic ſi ad codicem Regis Johannis III. aliosqve longè plurimos mss. reviſamus, eadem concinnè notata deprehendemus. Neqve dubites, ecce tibi ſeqventia. **Sammaledes war ett Barn födt af Götherne/ ſom tiente** Pythagoras **uthi** Græcien, **och lårde af honom himmelsteku/ Gudz willia/ och att åthſkillia ondt ifrån godt genom bokliga konſter. Then ſamma drog ifrån** Græcien **och till** Ægypten/ **och lårde ther the Fäders lårdom och Gudz dyrkan ſom the hade. Sedan drog han till ſitt Fäderneslând igen/ och blef en Öfwerſte i Konungens Rådh/ och hwad han beſlutade/ thet låt Konungen ſå bliſwa/ effter han hade förſtånd att ſkillia ondt ifrån godt. Then ſamma gaf ſig i ehn Jordkuula/ dår han ſatt och ſtuderade/ och ibland alle andre ſijne ſtuderingar drog han uth Sweriges Lag/ ther then menige Man weeth ſig att efterråtta.** Qvæ ſic converto. J*amq; in hac Gente Gothorum puer natus erat, qvi cum adoleviſſet, ſervitum ibat*

Pytha-

Pythagoræ Philoſopho totius Græciæ celeberrimo, qvò viciſſitudines ſiderum, Dei cultum, boniq; à malo diſcrimen perdiſceret. Indeq; in Ægyptum perveniens, inſtituta ac religionem illius populi edoctus, domum tandem redibat. Qvem honorificè exceptum Rex principem conſilii habuit, cujus velut Divini ad nutum omnia gererentur. Hic idem otii cauſſa in ſpecum deſcendit, ibiq; jus Sveonum concinnavit, qvo populus univerſus feliciter in poſterum regeretur.

§. VII. Deſcendit, inqvam, in ſpecum, cujus os volebat ignoratum. In ſimilem etiam modum hanc hiſtoriam Strabo perſeqvitur, ſcribitqve Zamolxin intraſſe ſpecum aliis inacceſſum, ἄβατον τοῖς ἄλλοις. Ad imitationem ſcilicet Præceptoris ſui, qvem etiam ἐις τὸ ἰδαῖον καλȣ́μενον ἄντρον, in Idæum antrum ingreſſum teſtatur Malchus. Adde, ſi placet, his Laërt: Ubi idem hic Pythagoras habuiſſe traditur δȣ̃λον ζάμολξιν ᾧ Γέται θύȣσι, Κρόνον νομίζοντες, ὥς φησὶν Ἡρόδοτος: *Servum Zamolxin cui Getæ ſacra faciunt, Saturnum exiſtimantes, referente Herodoto.* Et qvamvis vir clariſſimus Iſaacus Caſaubonus in notis ad hunc locum doceat, hîc eſſe mendum ſcripturæ, & conſeqvens omnino videri, ut ita ex Herodoto tollatur: Γεβελεΐζιν νομίζοντες: Nec non eruditiſſimo Ægidio Menagio in obſervationibus iſtæc verba, ὥς φησιν Ἡρόδοτος, putentur appoſita: Licet fortaſſe pro Ἡρόδοτος legi poſſit Ἱππόβοτος; ſcripſerat namqve Hippobotus τὴν τῶν φιλοσόφων ἀναγραφὴν, qva ſæpè utitur Laërtius: Doctiſſimo tamen Monachio potius aſſentiendum arbitror, verborum eſſe Laërtii tranſpoſitionem à librariis factam, ut hunc in modum ea legi oporteat: ᾧ Γέται θύȣσι, ὥς φησιν Ἡρόδοτος, Κρόνον νομίζοντες; niſi qvis planè exiſtimet ὥς φησὶν Ἡρόδοτος eſſe verba

Strab. Geog. lib. VII. p. m. 297. & ſeq. Ed. Caſaub.

Malch. in vit. Pythag.

Laërt. De vit. Dogm. & apopht. Philoſ. lib. VIII. De Pythag.

Caſaub. not.

Menag. obſervat.

Monach. animadv. ad h. l.

ba qvædam collationis caussa in margine primum adjecta, qvæ in ipsum indè contextum & continuationem sermonis Laërtij irrepserint; qvod & plurimis plurimorū auctorum locis obtigisse certò scimus. Qvin & ab librariis corruptus est Hesychii locus: Ἄλλοι δὲ τῷ Κρόνῳ εἶναι λέγουσιν. Rectè namqve cum Salmasio hunc in modum leges: τὸν Κρόνον scilicet, h. e. Saturnum aliis existimatum Zamolxin. Qvidqvid est, in Sole qvoq; & Samolse Saturnum veneratam esse antiqvitatem infra monstrabitur.

Hesych. p. m. 409.

CAP. V.

Summarium.

§. I.

ITa *sanè* Zamolxis *&* *homo & DEus quoque Getarum permistè celebratur. Utrum utrum statuatur, fide id ipsum scriptorum, diversarum respectu attributionum confirmatur.* §. *II.* Zamolxis *DEus*, Κρόνος (*qui est idem* χρόνος) Saturnus *appellatus.* Attin. Attin *unoculus.* Θαμιμασάδης. *Pro* Hercule *etiam cultus.* Hercules *DEus militaris; Deorum fortissimus. Id quod monumentis simul patriis conveniens est. Mirus hîc consensus Scriptorum. Dictus &* Bal, Ballur, Aballur, Apollo: *ubi scilicet A, sicut in aliis verbis, auget intenditque rem, de qua agitur. Qui idem ipse Macrobio & veteribus, quem* Solem *dixerunt.* Liber *etiam* Pater, Διόνυσος, Dionysus, Bacchus. *Nec* Martis *quidem aut* Mercurii *aliud est Numen. Strabonis locus vel emendatur vel explicatur. Quin* Æsculapius *quoque &* Salus, *& cum* Iside *ipse etiam* Serapis *alii quam*

Sol

Sol *Dii non sunt. Sic* Adonin, Attinem, Osirin, *&* Horum *aliud non esse quam* Solem *monstratur.* Osiris *Ægyptiis, Græcis, aliisque vox obscura. Eodem planè significatu, quo à Plutarcho exponitur, notationis est Scythicæ. Quid significet. Aliorũ diligentia perperam originem hujus vocabuli deducentium excusatur. Sed &* Osiride, Iside, Horo, *atque* Typhone φιλοσοφίαν ἠθικὴν *Philosophiam moralem veteres significarunt. Heurnii sententia expenditur. Quare octo etiã oculos* Attini *tribuerit Antiquitas. Eximius Platonis locus laudatur ;* Nimirum legibus Hyperboreorum quæ ritè sancita fuerant, ad Ægyptios, Syros, atque etiã Græcos dimanasse. *Regi Sveonũ, magnæ Magni* Apollinis *imagini octo itidem Iura potissimum adscripta. E Macrobito etiam aliisque monstratur* Nemesin *&* Pana, *nec non* Jovem, *& Assyriorũ* Adad *eundem esse ac* Solem. *Theologorum profanorum, atque ipsius etiam Orphei auctoritate Deos omnes certa quadam ratione referri ad* Solem. Pan *universæ substantiæ materialis Dominator , sive DEus totius Naturæ, Princeps ille DEus à Gothico* Pan *sive* Fan. §. *III. Ubi exaudita vox,* Magnum Pana occubuisse. *Quando cœpta celebritas oraculorum minui. Hebdomadæ Daniëlis. Variæ variorum opiniones de temporis hujus recta interpretatione, & unde fieri debeat initium numerandi. Ubicunque tamen initium sumatur, illud effluxisse evidentissimè constat. Iudicium Isaaci Vossii, qua de caussa Gens Iudæorum miserrima CHRISTO sese non dedat.* §. *IV. Quid per τὸ* EI *foribus templi Delphici inscriptum significetur. Geticum* EN. §. *V. Sicut Geticum* Pan *f.* Fan *undique extensum notat ; unde etiam* Pan *&* Fan *pro vexillo sumitur : ita quoque* Ban *pro agro & territorio haud infrequenter accipitur.* Bannire, Forisbannire *vocabula barbara.*

Bannomanna *quid?* §. *VI.* *Apollo non solum* Pan, *sed etiam* Pæan *dictus*, §. *VII.* Solargud. *Ejus sceptrum aureum, arcus aureus, aurata sagitta.* Phœbus *comosus. Huic comæ primitiæ consecrari solitæ.* χρυσοκόμης. *Sol etiam aureus Ennio, Ciceroni, aliis.* Sabæi *Soli aureas, Lunæ argenteas, alias aliis stellis imagines erexerunt. Per* sagittas *hic quid innuatur. Sagittæ nobis* Solarstralar: *sicut Italis hodierno die voce Gothica* Strale *Sagitta est. Arcus, artisque sagittandi inventor Apollo. Ejus arcus Scythicus.* §. *VIII.* Zamolxis, Samnaas, Samnmalthius, Samnmalses, Samalses, Samolses, Samel, Samelitz, EL, BEL, Belsamen, *itemque* Samlhog, Zalmolxis, Zalmoxes *appellatus.* §. *IX. Summus summi Apollinis sacerdos vernaculâ linguâ* Abar, Habar. *Adsentiuntur & Græci scriptores hunc fuisse Hyperboreum. Sacra per duas virgines ex his terris asportata.* §. *X. Literæ hinc & sacra; itemque liberales artes in Græciam, indeque in Latium pervenerunt.* §. *XI Ex literarum inde cultu maximo Athenis* Minerva *nomen dedisse existimatur. Hæc urbs, Græciæ Græcia vocitata.* §. *XII. Cur sacrorum nunciæ virgines nuncupatæ* aves *eæq;* columbæ. *Vates Fatidicas in silva, ubi Dodonæi Jovis templum Thessali* Πελειάδας *appellarunt. Neptuni* columbæ *colore aquilo.* §. *XIII.* Neptunus *unde verè dicatur.* §. *XIV.* Neptunus *quare* Thekur πολύχειρ, pulcher. §. *XV.* Neptuno *dicatarum virginum manicæ demissitiæ: Cujus generis tunicæ in membraneis antiquarum legum codicibus hodieque cernuntur.* §. *XVI. Insigne sacrorum duæ virgines coronatæ. Imperii insignia trium Coronarum longè etiam antiquissima. Quæ quoque insignia Gothorum extra Patriam.* §. *XVII. Numerus impar in sacris observatus.* §. *XVIII. & XIX. Insigne* Leonum geminorum *à* Terra, Goia, Frigga, Freya, Vesta. *Cujus etiam varia nomina,*

eaque

eaque longè plurima ex Græcis latinisque scriptoribus & *proferuntur & explicantur. Egregius Platonis locus de verbis Græcorum permultis à nostratibus acceptis. In Svetonio locus emendatur.* §. *XX.* Venus *etiam eadem quæ* Freya. Venus *unde deducatur. Ciceronis hac de re sententia: Itemque Scioppii.* Ἀφροδίτη. *Ab nomine* Freyo Frea, Prea, Huuspreal Huusfreal Huusfru. *Quid* Fricco & Tellumo. *Simulacrum* Isidis & Hori *Ægyptiorum.* Mater *hæc* DEum Ἀστάρτη *Pœnorum, Sidon. & Tyriorum.* Urania *Afrorum: quæ Syris* Mylitta, *Persis* Mithra. Sol & Luna *in Theologia profanorum utramque ferè paginam explent. Consentiunt Orphei, Musæi, Hesiodi, Homeri, & aliorum aliæ Fabellæ* Eddicæ. *Notæ* Solis & Lunæ Hieroglyphicæ. *Unde illa infinita fermè turba DEorum? Dii in superos, inferos, medioxumos; magnos etiam, minutos, & patellarios distincti. Quomodo culti.* §. *XXI. Illustris Diodori locus. Legum apud omnes Gentes auctoritas Diis adscripta.* Jehova *diversis modis apud scriptores legitur. Ad* Apollinem, Jovem, & Matrem Idæam *legum initia Geticarum communi consensu referuntur. Et hinc ratio* Tripodis *arcessitur, qui titulo de Jure Regio,* Kunungsbalker/ *præfigitur. Egregius Platonis locus citatur. In Cicerone de Natura Deorum locus emendatur. Strabonis verba perperam ab interprete Xylandro exponuntur.* Jornandes *emendatur.* §. *XXII. Librariorum in exscribendis* Johannis & *Olai Historiis culpa notatur. Error Ludenii.* Zeutas *non* Zentas *in Mss. reperitur.* Zeutas *idem qui* Ζεὺς, Δὶς, Θεὸς & Þius. Παππῶος. *Nec multum differunt* Theut *Ægyptiorum &* Taaut *Phœnicum. De* Sanchoniathone, *qui nonnullis majorem in modum laudatur.* §. *XXIII. DI Jovis Latinorum unde? Cur ad tres DEos*

initia atque fundamenta legum referantur. §. *XXIV. Notabilis Valerii Max. locus. Quid Anacharsis Scytha prudenter olim in legibus cavendum praeceperit. Quomodo sacra legum ara reddatur profana.* §. *XXV.* Judiciariae *rei lineamenta qua potissimum ratione Antiquitas duxerit. Quare* Jovi *ad* Judicium *tendenti tria essent flumina superanda. Quid* Kormt/ Oermt / & Kierlauger twär *significent. Qua de caussa per flumina fingantur Dii jurasse: Itemque ad tres sacros fontes supremum* Judicium *Regium celebratum.* §. *XXVI. Satis ergo constare poterit his omnibus rite perpensis, è Sveonia nostra Deorum, & ipsius adeo Apollinis natales; hinc & sacra, sacrisque congruentia instituta simulque* Tripodem *verissime educi.*

§. I.

SEd hoc concentu Herodoti codicumq; manuscriptorum luci restituto, necesse memet ad laudatum ex Herodoto locum dem recessim. Qvippe is ipse, si quis alius, edocet, neminem paullo humaniorem vel olim ignorasse, vel etiam nunc ignorare, Zamolxin fuisse Getam sive Gothum, licet alii eundem hominum, alii verò Deorum consortio iam diu adscribant. Utrum utrum statuatur, confirmat id diversa ratione fides scriptorum, uti postmodum visuri erimus. Dicitqve Herodotus Zamolxin multo ante Pythagoram exstitisse. Nec aliter esse potest, qvando Deus hic celebratur Gothorum eodem teste. ὁ μάλιϛα τιμώμενος, praecipue cultus. ὁ παρὰ τοῖς Γέταις Θεὸς, τὸ μὲν παλαιὸν (πάλαι, ἐκ παλαιοῦ) Ζάμολξις Πυθαγόρειος. *Apud Getas Deus olim Zamolxis Pythagoreus* (qvae verba sunt Strabonis) Isqve optimus maxi-

Herod. d. c. Strab. l. d. VII. & l. XVI. p. m. 762.

maximus, μέγιςος τ̃ θεῶν παρ' αὐτοῖς, ut tradit Jamblicus. Adde Comment. Casauboni in Strab. Ubi à Platone homo Thrax hunc in modum loquens inducitur: Ἀλλὰ Ζάμολξις λέγει, ὁ ἡμέτερος βασιλεὺς Θεὸς ὤν ; *Sed dicit Zamolxis Rex & Deus noster.* Jamblic. de vita Pythag. c. xxx. Comment. Casaub.p.298.

§. II. Hinc etiam Laërtio d. l. Κρόνος, Saturnus appellatur, qvi est idem χρόνος, cursum & conversionem spatiorum ac temporum continens. Ut ut Cœli, Saturni ac Jovis intuitu, physicæ rationes non inelegantes, inclusæ sint in impias fabulas. Itemqve Mnaseæ: Μνασέας παρὰ Γέταις τ̃ Κρόνον τιμᾶσθαι καὶ καλεῖσθαι Ζάμολξιν: *Mnaseas etiam Zamolxin apud Getas coli & nominari* Κρόνον *refert.* Sed & Porphyrius ex Scriptis veterum, pro Hercule cultum apud Getas esse Ζάμολξιν ostendit. Sic in monumentis *Eddicis* Majorum nostrorum *Attin* quoqve Saturnus vocatur. Cum in *Attine* unoculo, sicut seminatore, satore, Genitore Deo, Patreqve omnium venerati solem sint, & Saturno Gothicæ utpote originis, talis omnino vis, natura, ratio, potestas tribuatur. E Cujus nomine (qvum ad scopum etiam uno oculo sagittandi tam celebri usu collinearent) ipsi quoqve Scythæ & Getæ unoculi vocati, Herodoto Μονόφθαλμοι. Scythis veteribus idem hic Θαμιμασάδης eadem notione vocis insignitus. Dixi Attinem *unoculum*: qva eadem significatione vir qvidam doctus, eundem monocolum appellat: Hoc licet significatu *monocolus* vox sit barbara. Namqve latinis aliud sonat. Qvibus monocolus appellatur, singulis cruribus saltuatim currens; Κῶλα n. vocantur crura. *Monoculus* tamen barbaris planè vocabulis accenseri neqvit, licet præstet *unoculus*; utpote qvo utatur princeps latinè scientium Plautus,

Cic. lib. II. de. Nat. Deor. p. m. 38.

Auct. Etymol. in Ζάμολξ. Svid. in. Ζάμολξ. Porphyr. in vit. Pyth. ext. Ann. part. tit. Attins Kēning.

Herod. lib. III. c. CXVI. & lib. IV. c. LIX.

Gell. N. A. lib. IX. c. IV. Plaut. Curcul. III. I. XXII. & XXIV. Varr. VI. II.

tus : Cui unoculus etiam *cocles*. *Cocles*, inqvam, qvasi *ocles* unum habens oculum. De Cyclope itidem Accius in primo Didascalico, laudante Gellio, narrat, qvod *unoculus* fuit. Alias etiam *Baldur*, Apollinem Attinis fuisse filium *Eddica* monumenta & Scaldorum carmina declarant. Dicitur simul pro Hercule cultus; qvod & ipsum Scriptis veterum conveniens est. Hercules n. principem Deumqve militarem notat, ad eundem planè modum, qvo *Tyr* Mars Sveonum atqve Gothorum nominatus. Qvem Assyrii Deum coluerunt Persico vocabulo *Baalem* nuncupantes; quod si transferatur, fuerit Mars bellorum Deus, πολέμων Θεὸς; si Græcos, & ex Chronico Alexandrino sic adtestantem Clariss. Vossium audimus. Unde nec mirum qvod Claudio fortissimus Deorum Hercules vocetur. Vide Senec. Tyriis *Melcartus*, מלך *Rex*, & עריץ *fortis*, *Rex validus*. Convenit Ἄρης Græcorum, Plauti etiam Ares: Ubi Geta loqvens inducitur. Qvi qvoqve Gothis *Ari miles* κατ' ἐξοχὴν dicitur. Cui duodecim labores πράξεις, προστάγματα, injuncta onera atqve XII simul victorias vetustas adscripserat; XII scilicet signorum Zodiaci respectu, atqve tot etiam Deorum. Adi Diodorum Sic.: Ubi simul de columnis Herculis, Ovidium, Justinum, Albricum Philosophum, & Vossium. Solem ita sub Thurræ nomine coluisse ipsos certum est. Videatur Damascius: τὸν Κρόνον ΗΛ καὶ ΒΗΛ ἐπονομάζουσι: *Saturnum appellant quoque EL & BEL.* Itemqve Servius: *Apud Assyrios Bel dicitur qvadam Sacrorum ratione & Saturnus & Sol.* Qvo eodem nomine בעל apud Babylonios, Phœnices, Pœnos, aliosqve Solem vocari probat Clariss. Hornius notis ad Nepotem. Ubi quoqve eruditè differit, quod cum

Gell. N. A. III. XI.
Edd. Μυθολ. XX.
Et Ann. part. Edd. tit. Bald. Kenn.
Edd. Μυθολ. XXIII. & Ann. part. Edd. Tyrs Kenning.
Chron. Alex. & Voss. Idol. I. XVI.
Svid. in Θούρας.
Sen. de mort. Claud. Cæs.
Plaut. Truc. II. VII. LIV.
Diod. Bibl. hist. Βιβλ. δ. p. m 153. & sequentibus. p. 157. Ed. Henr. Ste.
Ovid. Metam. IX. 3.
Justin. lib. II. C. IV.
Cum notis variorum. Albric. de Deorum imaginib. XXII. de Hercule.
Voss. Th. Gent II. XV.

Damasc. apud Phot. in vit. Isid.

cum ceteri etiam Dii ſic appellari cœpiſſent. Hic cum adjectione qvadam, melioris diſtinctionis cauſſa *Bel-Samen* vocatus ſit. Qvin & Loke, qvi *Scandianis* etiam Saturnus eſt, inde radians, ſicut Græcis φαίνων lucens dictus. Nec aliter ſcripſiſſe Clariſſ. Celſium compe-rio. Mirum ita concentum habes. Accedat oraculo Græcis edita ſors, Trojam capi non poſſe ſine ſagittis Herculis.

Serv. ad Æneid. I. Horn. in not. ad Nepot. vit. Miltiad. Celſ. comput. Eccleſ. p. I. in Addendis ad p. 76. Ovid. l. XIII. Met.

Qvæ poſtqvam ad Grajos domino comitante revexit,
Impoſitaq́ fero eſt tandem manus ultima bello,
Troja ſimul Priamusq́ cadunt - - - - - -

ut canit Ovidius; qvod idem Sophocles verboſius exponit. Hinc Bal, Ballur, Aballur, Apollo etiam de ſemetipſo hunc in modum canens inducitur:

Sophoc. Philoc.

- - - Per me qvod eritq́ fuitq́
Eſtq́ patet, per me concordant carmina nervis.

Ovid. l. I. Met.

Nec non:

Inventum Medicina meum eſt, opifexq́ per orbem
Dicor, & herbarum ſubjecta potentia nobis.

Scilicet omnium moderator Sol exiſtimatus. Adhæc Inventor Muſices Apollo fingitur ad vim ejusdem monſtrandam, ſtimuloqve velut inflammantes. Cui IX adſignant Muſas, ipſumqve decimum Muſis adjiciunt. Unde & monumentis antiqviſſimis convenienter cum decachorda pingitur cithara. Vide Fulgentium & Diodorum Sic. Ubi Ἀπόλλωνα, τῆς κιθάρας εὑρετὴν, citharæ inventorem appellat; ipſumqve Medicinæ ſcientiam divinandi arte perceptam, primum adtuliſſe refert. Fingitur ita etiam inventor Medicinæ propter efficaciam ſolis, undè herbæ vegetantur, & matureſcunt, qvarum in Medicina uſus eſt multò maximus, ad ſalubritatem

Heſiod. θεογ. v. 94. & 95. Hom. ΙΛΙΑΔ. A. p. 36. v. 36. & ſeqq. Fulgent. Μυθολ. lib. I. xiv. Diod. Sic. Βιβλ. β. p. m. 91. & ſeq. & Βιβλ. ε. p. m. 235.

Virgil. lib. XII. Æn. hominum, & animantium reliqvorum. Hinc Virgilius:

Jamq́; aderat Phœbo ante alios dilectus Japis
Jasides, acri qvondam cui captus amore
Ipse suas artes, sua munera lætus Apollo
Augurium, citharamq́; dabat, celeresq́; sagittas.
Ille, ut depositi proferret fata parentis,
Scire potestates herbarum, usumq́; medendi
Maluit - - - - - - - - - - -

Et mox:

Multa manu medica Phœbiq́; potentibus herbis
Neqvicqvam trepidat: neqvicqvam spicula dextra
Sollicitat, prensatq́; tenaci forcipe ferrum.
Nulla viam fortuna regit, nihil auctor Apollo
Subvenit - - - - - - - - - -

Tibull. lib. IV. ad. Phœbum IV. Tibullus:

Huc ades, & teneræ morbos expelle puellæ,
Huc ades intonsa Phœbe superbe coma.
Crede mihi propera, nec te jam Phœbe pigebit
Formosæ medicas applicuisse manus.
Effice, ne macies pallentes occupet artus,
Neu notet informis pallida membra color:
Et qvodcunq́; mali est, & qvidqvid triste timemus,
in pelagus rapidis evehat amnis aqvis.

Id. lib. II. Eleg. IV. Idem:

- - - - Carminis auctor Apollo.

Propert. lib. IV. de Vrb. Rom. I. Propertius:

Tum tibi pauca suo de carmine dictat Apollo,
Et vetat insano verba tonare foro.

It. Tibull. lib. IV. Paneg. ad Messalam. Iterum Tibullus:

Non ego sum satis ad tantæ præconia laudis,
Ipse mihi non si præscribat carmina Phœbus.

Horatius.

Horatius: Horat. carm. lib. IV. ad Apoll. & Dian. carm. secul.

Spiritum Phœbus mihi, Phœbus artem
Carminis, nomenque dedit Poëtæ.

Et ſanè totum hoc carmen, ſi quod unquam, legi planè meretur. Unde Pythiam temporibus vetuſtiſſimis Heroico aliiſque carminibus oracula edidiſſe commemorat Plutarchus. Antiquitus etiam Philoſophi ἐν ποιήμασιν ἐξέφερον τὰ δόγματα καὶ τὰς λόγους: ut Orpheus, Heſiodus, Parmenides, Xenophanes, Empedocles, Thales. Ita diverſæ virrutes ſolis, diverſa nomina Diis dederunt, atque etiam ΕΝ ΤΟ ΠΑΝ Sapientum principes prodiderunt. Unde Marcrobius Apollinem eundem eſſe DEum monſtrat, qvem Solem dixerunt: Liberum etiam Patrem eum ipſum eſſe Deum. Hinc & Διόνυσος (latine Dionyſus, non Dionyſius) Bacchus χρυσοκόμης, aureo crine conſpicuus Heſiodo appellatur. Verè Σχόλιον: *Ipſum Solem, ipſum Apollinem, ipſum Dionyſum eundem eſſe volunt. Nam ut Apollini novem Muſæ, ita Soli novem circuli ſunt, & Dionyſo ſimilis Baccharum chorus.* Et Diod. Sicul. Ubi, unde ſic dictus ſit oſtenditur. Adde ſis Artemid. & Hyginum. In eodem etiam libro Diodorus commonſtrat in numero Muſarum Scriptores diſſentire: Quibuſdam tres, aliis exſtitiſſe omnino novem adfirmantibus. Verum Homero novem eximia pulcritudine laudantur; totidemque Heſiodo; Quarum ſimul nomina ab eodem recenſentur. Quam quoque ſententiam veterum adſenſus comprobavit. Inde quod in novem & dies & libros ſint ſermones diſtributi veterum, teſte Cicerone: Et Herodoti Halicarnaſſ. Hiſtoriarum libri novem Muſarum nominibus inſcripti. Adhæc ante dictis convenienter ne

Plutarch. lib. Cur. nunc Pyth. non reddat oracula carm. p. m. 402. lib. d.

Macrob. Sat. lib. I. c. XVII. & XVIII.

Plaut. Stich. V. II. XIII.

Heſiod. θεογ. v. 947.

Schol. ad lib. II. Od. XIX. Horat.

Diod. Βιβλ. δ. p. m. 147.

Artem. lib. II. Hygin. Fab. c. CXXXI. CLXVII. CLXXIX.

Diod. Sic. d. l. p. m. 150.

Heſiod. θεογ. v. 76. & ſequẽtibus

Cic. de Nat. Deorum. lib. III. p. m. 70.

Cic. ad Q. Fratr. Herod. Hiſt. lib. IX.

 Martis

Macrob. d. l. c. xix.
Strab. lib. xv. ſub fin.
Lipſ. Not. ad vi. Annal. Taciti.
Bertram. in d. l. Strab.

Martis quidem aut Mercurii aliud eſſe Numen refert Macrobius quam Solem. Quo forè ſenſu Strabo Martem unum omnium Perſas DEum maximè colere ſcripſerit, ut nec ab Lipſio velut ſui ipſius oblitus erroris arguendus fuerit; niſi cum Bertramo pro *ὃν Πέρσαι σέβονται θεῶν μόνον*, legere malis *ὅνπερ καὶ σέβονται θεῶν μόνον*. Quem & ſolum Carmani, de quibus hîc loqitur, ex omnibus Diis colunt. De Perſis enim auctor jam laudatus agit in ſequentibus. *Θύουσι δὲ ἐν ὑψηλῷ τόπῳ τὸν οὐρανὸν ἡγούμενοι Δία. τιμῶσι δὲ καὶ Ἥλιον, ὃν καλοῦσι Μίθραν καὶ Σελήνην, καὶ Ἀφροδίτην, καὶ πῦρ, καὶ γῆν, καὶ ἀνέμους, καὶ ὕδωρ.* *Sacra faciunt in excelſo loco cœlum Jovem exiſtimantes. Venerantur Solem quem Mithram vocant. Item lunam, & Venerem, & ignem, & terram, & ventos, & aqvam.*

Macrob. d. l. c. xx.
Hiſt. Eccleſ. Ruffin. Socrat. & Theod.
Macrob. d. l. c. xxi.
Herodot. lib. ii. c. CLVI.
Diod. Sic. Βιβλ. α. p. m. 7.
Plutarch. περὶ ἴσιδος καὶ ὀσίριδος. p. m. 374.

Qvin Æſculapium quoqve dictus Macrobius, & Salutem. & Herculem, & cum Iſide ipſum etiam Serapin (de quo *hiſtoria Eccleſiaſtica* Ruffini, Socratis & Theodoreti conſuli poterit) alios quam Solem Deos non eſſe docet. Itemqve Adonin, Attinem, Oſirin, & Horum aliud non eſſe quam Solem. Adde Herodot. Diod. Sicul. & Plutarchum, ubi *Oſirin* eſſe ſolem refert, & à Græcis *Sirium* appellari; O verò præpoſitum apud Ægyptios obſcuritatem vocabulo adtuliſſe. Et nonnullis interjectis, *Iſis*, quæ eadem ac luna, *Hori* oculus, aliquando *Μούθ, καὶ πάλιν Ἄθυρι καὶ Μεθύερ* nominari dicitur. Sed iſtis obſcura fuerit vox *ὀσίριδος*, nobis non item; utpote qui ſciamus iſtæc omnia eodem prorſus ſignificatu quo à Plutarcho exponuntur notationis eſſe Scythicæ. Et hinc, quod aqua hæreat, ut aiunt, interpretibus. *Oſiris* ita ſive Aſiris ſempiternum ſignificat Dominum, omnia ſemper luſtrantem, providentem, & animadvertentem. Eorum igitur diligenti-

ligêntiam hîc excusâmus, qvì ἐκ τοῦ ὁσίου καὶ Ἱεροῦ nomen hoc ὀσίειδος deducere conati sunt. Siletur nunc, nominibus hisce famosis, scilicet *Osiride*, *Iside*, *Horo* atqve *Typhone* φιλοσοφίαν ἠθικὴν Philosophiam Moralem significari, ut ex Synesio ceterisqve Scriptoribus monstrat Athanasius Kircherus. Nam veteres per involucra fabularum, Ænigmata, Symbola, & Ἱερογλυφικὰ, mores emendare, virtutumq; animis imagines inculcare maluerunt. Unde de Ægyptiis Tacitus: *Primi*, inqvit, *per figuras animalium* (adde, aliarumqve rerum) *sensus mentis effingebant*. Ex supra dictis satis constare arbitror Heurnii probabiliorem esse sententiam existimantis Osirin Ægyptiorum notare *Multoculum*: cum Plauto dixeris *oculeum totum*. Præterquam enim quod eandem hanc sententiam dicta jam origo confirmet, ipse quoqve Diodorus Siculus adstipulatur, Græca interpretatione eundem vocans πολυόφθαλμον. Qvin & nomen id ab re videtur impositum. Nam Solem radiis suis velut pluribus oculis terram ac mare lustrare inter omnes convenit. Qvid enim est hoc evidentius? Unde non unum solum Attini oculum, qvi Sol est, sed plures etiam, h. e. octo antiqvitas attribuit. Saturno quoqve Phœnices octo tribuisse oculos ex Sanchoniathone Philo Byblius apud Eusebium testatur. Et templum in quo cultus etiam Attin octanguli referebat formam, annulusq; ejus Drupnir stillans, ea natura censebatur, ut ab eodem nona quavis nocte distillarent alii octo ipsi pondere æquales. Ut taceam octo virtutes, quas in Cœlo dari confinxerat Antiquitas auctore Platone, cui simul primi rerum harum observatores barbari laudantur. Horum enim legibus quæ ritè sancita fuerant, ad

Plutarch. d. lib. p. m. 375. Sic enim latinè primus Cicero reddidit. De fato lib. p. m. 140.

Ath. Kirch. OEdip. Synt. II. c. VI.

Tacit. Annal. lib. XI. c. XIV.

Heurn. Barb. Philos. p. 37.

Plaut. Aulul. III. VI. 19.

Diod. d. l. & p. 7.

Euseb. de præp. Ev. l. I.

Edd. Mythol. XLIII.

Plat. Epin. p. m. 923.

Plat. d.l. p. seq. ad Ægyptios, Syros, atq; etiam Græcos dimanasse refert. Regi porrò Magnæ Magni Apollinis imagini, octo itidem jura cernebantur potissimum adscripta, & inexplicabili nodo, totidem angulis, nexum serie celante vinculorum, velut inclusa; Sic adtestantibus codicibus antiquis. Octo quoqve tabulæ legum memoria patrum antiqvissima propositæ; ut veteres membranæ evincunt. Idem etiam Macrobius ceteriqve scriptores commonstrant; qvod Nemesis, Pan, qvem vocant Inuum, & Saturnus aliud non sint qvam Sol. Et Jovem quoq; & Assyriorum Adad, eundem esse ac Solem. Tum & Theologorum, & ipsius adeo Orphei auctoritate ostendit, omnes certa qvadam ratione mystica, & sub variis fabularum involucris, *referri ad Solem*, qvamvis cetera distingvantur. Unde & clariss. Keuchenius; *Jupiter*, inqvit, *idem cum sole, teste Arnobio & Platone in Phædro, ubi est* μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ, *quo modo etiam Macrobius interpretatur.* Sed & laudato Macrobio Jupiter idem ac Apollo; quæ quoqve sententia Oraculi Delphici responso confirmari potest. Uude Herodot.

Cod. Mss. ad titulum Konungsbr.

Membr. Mss. vet.

Macrob. d. l. c. XXII. d. l. c. XXIII.

Keuchen. in not. ad Nep. Lysand. c. III.

Herod. lib. VII. c. CXLI.

Τεῖχος τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα Ζεὺς
Μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν, τόσε τέκνα τ' ὀνήσει.

Jupiter è ligno muris Tritonida donat:
Qvi Soli invicti tibi sint natisq; saluti.

Idq; ex Oraculo Apollinis Pythii editum evidenter Scriptores testantur. Nepos; *Deliberantibus Pythia respondit, ut mœnibus ligneis se munirent. Id responsum quo valeret cum intelligeret nemo, Themistocles persvasit consilium esse Apollinis, ut in naves se suaq; conferrent: eum enim à Deo significari murum ligneum.* Vide Herod. Iustin. Polyæn. Arist. Val. Frontin. Sol ita est, qvem ideoque

Corn. Nep. Themist. c. II.

Herod. d. l. c. CXLII. & seq. Justin. lib. II. c. XII.

Polyæn. lib. I. Str. Arist. I. Rhet. Val. l. VI. V. Front. l. I. Strat. c. III.

ideoq Pana, universæ videlicet substantiæ materialis dominatorem vocarunt, & Deum Naturæ. Inui autem cornua, barbæq; longa demissio naturam lucis insinuarunt, qva Sol & ambitum cœli illuminat, & inferiora sub concavo lunæ collustrat.

§. III. Facit huc περὶ τὰς Ἐχινάδας νήσους, *circa Echinadas insulas* exaudita vox, *Magnum Pana* occubuisse, ὅτι Πὰν ὁ μέγας τέθνηκε; idque imperante Tiberio Cæsare, quando jam Oracula per Orbem plaè conticuerant. Vide Plutarchum, itemque Ciceronem: Ubi præter alia monstrant, Oraculum illud Delphicum in medio umbilico Græciæ adoratum, tam celebre, & tam clarum, tantisque donis refertum omnium populorum atque Regum jam tnm defecisse, in rationes nescio quas inquirentes. Nec non Porphyr. *Nunc verò mirantur*, inquit, *si tam multis annis peste civitas vexatur, qvum & Æsculapius & alii Dii longè absint ab ea. Postea enim quam JESUS colitur, nihil utilitatis à Diis consequi possumus*: citante Eusebio. Addatur Nazianzenus. Scilicet circa tempora CHRISTI jam nasciturí cœpta celebritas Oraculorum minui, quæ post eundem natum, orbi face verbi Divini relucente, omnino silere jussa.

Ὤι ὤι μοι τρίποδες στοναχήσατε· οἴχετ' Ἀπόλλων.
Hei, hei mihi tripodes gemiscite, abiit Apollo.
Παῖς ἑβραῖος κέλεταί με θεοῖς μακάρεσσιν ἀνάσσων,
Τόν δε δόμον προλιπεῖν. - - - - - - - - -
Puer Hebræus, jubet me, Diis beatis imperans,
Hanc domum deserere. - - - - - - - - - -

Unde Constantinus Imperator in Edicto ad Provinciales testatur ex Apollinis Oraculo hanc sortem editam: impedimento sibi jam diu esse CHRISTIANOS, quo minus

Albric. Phil. De Deor. Imag. libell. IX. De Pane.

Plutarch. περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων p. m. 419.

Cic. lib. II. de Divinatione.

Plut. d. lib. paginis pluribus.

Cic. p. m. 134. & seqq.

Porph. lib. quē advetsus Rel. Christ. conscripsit.

Euseb. præp. lib. V. c. I.

Nazianz. Orat. alt. in Julian.

Apol. apud Nic. lib. I. c. XVI.

Constant. Imper. in Ed. ad Provinc.

minus vera ex tripode reſpondeat. Scilicet impletum jam tum erat Jacobi morientis vaticinium, & Danielis hebdomades exſpirarant. Nec me movent opinionum facta divortia de temporis, unde peti debeat calculorum ſubductio, recta interpretatione; qvæ videat qvi volet in Celeberrimi Huetii *Demonſtr. Evangel.* Qvum Servatorem NOSTRUM JESUM CHRISTUM his ipſis Hebdomadis diviniſſimi viri finem impoſuiſſe evidentiſſimè liqveat. Ubicunq; n. facias initiũ, eas omnino effluxiſſe deprehendes. Qvippe iis elapſis naſci debebat CHRISTUS, & occidi: atq; hoc etiam occiſo, urbs & templum dirui. Impleta ſunt omnia. Qvare a. gens Judæorum miſerrima ad bonam frugem non reducatur, ſed in luce clariſſima etiam nunc cæcutiat, potiſſima multis cenſetur ratio judice, præter alios, Præclariſſimo Voſſio. *Qvod, qvotqvot ſint inter eos (Rabbinos) prudentiores, & majoris auctoritatis, fateantur periiſſe Hebraicam lingvam, & laceras tantum ſupereſſe reliqvias, neſciri ſignificationem vocabulorum, codicemq; Hebræum factum eſſe mutum & nemini intelligendum, eò quod una cum lingva perierint quoq; vocales, ideoq; eò redacti ſint miſeri Judæi, ut ne legere quidem ſciant Hebraicè : agnoſcentibus inquam hæc omnia omnibus ferè antiquis & melioris notæ Rabbinis ; quis non ipſis meritò credat, cum palam profitentur, verè in ſe completum eſſe id quod fore prædixerat Eſajas, ut omnis ſcientia, & intellectus Oraculorum Dei ab ipſis tollatur. Quamobrem ſi tutò cum Judæis congredi velimus, abroganda ſunt puncta, quæ & Elias Levita, & ſagaciores Judæi novitia eſſe fatentur, & explodenda ſpuria iſta & ab antiqua plurimum diſcrepans Grammatica, quod eo facilius licebit, quod &*

Huet. Demonſt. Evang. propoſ. IX. VI. & ſequentibus.

Iſaac. Voſſ. de Sibyll. Orac. cap. XIV. p. m. 121.

Cap ult. p. 158. & ſeqq.

& ipsi quoq; Judæorum Magistri admittant, nullam, aut admodum exiguam ante Rabbi Jehudam habuisse se Grammaticæ scientiam: relinquendæ deniq; omnes novæ versiones, & firmiter adhærendum versioni LXX virorum, quam & CHRISTUS, & Apostoli, & omnes antiqui agnovere Judæi &c. Quod si versionem hanc non admittant Judæi, ostendendum eos nullum habere fidei & religionis suæ fundamentum. Ergò si rectam insistere viam, & adversarios obruere velimus, relinqvendæ sunt prophetiæ eo sensu, qvo acceptæ fuerunt anteqvam res implerentur. Hoc si fiat, ne qvidem qvod hiscant, supererit Judæis. Verba cedro & marmore dignissima. Quid ? *quod lumen Rabbinorum*, ut ab Judæis appellatur, teste præter alios Salmone Zevi, Josephus Christianis adstipuletur, cujus ex computatione hebdomadæ illæ, sive anni CCCCXC liquidò terminantur ipso illo tempore & anno, quo natus fuit Mundi Salvator CHRISTUS, ut hinc quoqve germanum, nec spurium & adulterinum censeri oportere testimonium ejusdem, evincat Nobilissimus Vossius. Addo testimonium longè amplissimum, quod de *Joanne Baptista* Josephus idem adhibet, ut his inter se collatis capitibus, sine omni dubio concludi possit debeatqve, ipsum illud agens de CHRISTO, ab *Josepho*, cum sic concurrant omnia, esse consignatum, nec ut fictum adsutumqve existimandum, præsertim cum alterum hoc de Johanne Judæi communi consensu agnoscant, & de eo inter sese conveniant.

p. 160. & seq. Conf Cōring. Epist. Gratul. ad Ducem Aug. p. 22. Muscat. in Kol Jehud. Orat. II. n. 67. cum Baal Een Jaacob ad Mass. Megill. p. 142. Wulf Ther. Jud. Zevi animad. c. II. §. 16, 17 & 18. p. 120 & seq. Salm. Zev. in Præf. ad Ther. Jud. Joseph. Antiqvit. Jud. lib. x. c. ult. Testim. Josephi de CHRISTO, quod habetur lib. XVIII. c. VI. Jud. Ant. Voss. cap. XI. De Sibyll. Orac. Joseph. lib. d. c. x. Zalm. Zevi Ther. Jud. c. I. VI. p. m. 154.

§. IV. Pan ita Deus fuerit totius naturæ, Princeps ille Deus qvi hunc mundum regit, moderatur & movet. Fallunt idcirco, qui vel numerum, vel ordinem, vel copulam, vel aliam quamcunqve partem deficientem per

§. 7 & 8. p. 19. Cic. Scip. Som. ex lib. de Rep.

τὸ EI significari existimant, quod foribus templi Delphici cernebatur inscriptum: qvando sollemnis erat salutatio Dei, convenientissimam ei infinitatem, atq; etiam perpetuitatem ad veterum formulam tribuens: Εἶ ἕν. UNUM ES. Qvo qvidem πολυθεότης Græcorum retunditur ultra trecentos Deos numerantium, atqve etiam Orphei trecentos & sexaginta duos, qvos tamen omnes in testamento suo rejecit; id quod profanis rectè exprobrasse videmus Theophilum. Nec pauciores habuisse Romanos evidenter constat. Sed & Eusebius ex Hesiodo præter propter triginta millia recenset. Unus itaqve Deus, Getica lingva etiam nunc EN per omnia diffusus censebatur, ut mortales ad ejus venerationem numinis percellerentur, quod semper extiterit. Ita Judæi apud Tacitum, Summum illud & æternum, neque mutabile neqve interiturum mente solâ, unumqve Numen intelligunt, *Profanos* appellantes, *qvi Deûm imagines, mortalibus materiis, in species hominum effingant.* Profani hic dicuntur, quod observandum, Hedningar/ qvi sive *pagani*, sive *Ethnici*, sive *gentiles* vocentur, abutimur verbis, contra consvetudinem veterum Latinorum. Nec placet Clariss. Cellario vox *incredulus*, quamvis ab Amplissimo Borrichio probetur. Substituitur ergò nunc *Profanus*: nec invenies vocabulum quod exactius exprimat Hedning; nimis enim generale est *incredulus*, licet sic ferentibus circumstantiis eodem significatu quo *profanus* rectissimè accipiatur. Hoc planè significatu, qvo Tacito, aliisque, Romanæ etiam eloquentiæ parenti acceptam hanc vocem referimus: utpote qui in oratoriis partitionibus, *consecratum* opponat *profano*.

Plutarch. comment. de EI apud Delphos. p. m. 391. & sequentibus. Theoph. ad Autol. lib. III. Euseb. præp. d. lib. V. Hornb. de Convers. Ind. lib. I. c. IV. Tacit. Hist. lib. V. cap. V.

Borrich. in Anal. Cell. c. VII. Cur. post. De Barbar. & Idiot. Serm. Lat. Borrich. d. l.

Cic. partit. Orat. p. m. 364. & alibi.

§. V. Sicuti Gothicum *Pan* sive *Fan*, undique extensum notat; unde *Ban* & *Fan* pro vexillo sumitur: ita quoqve *Ban* pro agro & territorio, haud infrequenter accipitur. Hinc & *bannire, foris bannire,* vocabula barbara, pro *proscribere, è territorio ejicere. Proscribere*, inquit Cicero, *est jubere, ut quis in civitate ne sit, ut aqua & ignis interdicatur.* Orat. pro domo sua ad Pontifices. Et *banniti*, id est, *exules seu ejecti.* Quin & Scandinavia nostra, non Basilia tantum, & Balthia, sed etiam *BANNOMANNA* veteribus vocitata, *fortium virorum sedes amplissima*: graphicè admodum sciteque, à *Ban* & *manna*, quod est secundi casus Numeri pl. Verba super ea re Plinii perpendere cui libet haud ab re fuerit. Per Scandiam a, quæ eidem memoratur, intelligitur vulgo dicta *Scania* Skåne / & per *Nerigon* (scribe *Norigon* sive *Norigen*, cum *Norige*, s. *Norrege* in scriptis veterum legatur, & hæc Regio ab Rege *Noro* sit appellata) *Norrigia*: qvamvis minus accuratè istæc omnia persequatur. Dictus idcirco Deus verus, Dominantium Dominus *Fan* in *Evangelio*, Ulphilæ versione Gothica. A *Fan* est *Fanum*; itemque *Profanus*.

Cic. Orat. pro dom. sua ad Pontif.

Plin. lib. IV. c. XIII. & c. XVI.

Evang. Vlphil. vers. Goth. loc. plur.

§. VI. Velut ex ostensis supra constat Solem & Apollinem Pana vocitatum; Sic & Apollo Pæan insignitur. Hinc Theocritus:

Theocrit. in Epig.

Ταὶ δὲ μελάμφυλλοι δάφναι τὶν πύθιε Παιὰν,
Δελφὶς ἐπεὶ πέτρα τοῦτο τοι ἀγλάισε.

Vulgatus Interpres sic vertit:

At nigra folia habentes lauri tibi o Pythie Apollo,
Delphica enim petra hic te ornavit.

Juvenal.

Juven. Sat. VI.

Parce precor Pæan, & tu depone sagittas.

 Lucan.

Lucan. de B. C. lib. V.

Lucan. -------- *tandemque potitus*
Pectore Cirrhæo, non unquam plenior artus
Phœbados irrupit Pæan, mentemq; priorem
Expulit, atq; hominem toto sibi cedere jussit
Pectore. Bacchatur demens aliena per antrum
Colla ferens, vittasq; Dei Phœbeaq; serta
Erectis discussa comis, per inania templi
Ancipiti cervice rotat, spargitque vaganti
Obstantes tripodas, magnoq; exæstuat igne,
Iratum te Phœbe ferens, nec verbere solo
Uteris, & stimulis, flammas in viscera mergis.
Accipit & frenos: nec tantum prodere vati,
Qvantum scire, licet.

Et nonnullis interjectis:

P. m. 128.

Cetera suppressit, faucesq; obstruxit Apollo.
Custodes tripodes fatorum, arcanaq; mundi,
Tuq; potens verPæan, nullumq; futuri
A superis celate diem, suprema ruentis
Imperii, cæsosq; duces, & funera regum,
Et tot in Hesperio collapsas sangvine gentes
Cur aperire times? an non dum numina tantum
Decrevere nefas? & adhuc dubitantibus astris
Pompeij damnare caput, tot fata tenentur?

Paulo post etiam:

Perstat rabies, nec cuncta locuta est.
Quem non emisit, superest Deus. Ille feroces
Torquet adhuc oculos, totoq; vagantia cœlo
Lumina: nunc vultu pavido, nunc torva minaci,
Stat nunquam facies: rubor igneus inficit ora,
Liventesq; genas: nec, qui solet esse timenti,
Terribilis sed pallor inest.

De

De Apolline, qvi simul Pæan vocatur, uti diximus, Macrobiusetiam: *Namq; virgines Vestales ita indigitant:* Macrob. dict. l. & cap.

Apollo Medice, Apollo Pæan.

An ἀπὸ τῦ παίειν à feriendo § cum Solis duo maximi sint effectus; alter, *quo calore temperato, juvat mortalium vitam*; alter, *quo jactu radiorum nonnunquam pestiferum virus immittit*: Quod est & sanare, mala sedare: *Gothice pajan.* An verò quod utrumque vocabulum, & *Pan* & *Paan*, per universum diffusam vim involvant: indeque ΠΑΙΑΝ Pæan ὕμνος non Apollinis solum, sed Deorum omnium fuerit, titulus & argumentum, *operis Pindarici*: Sicut etiam πάω Græcis est possideo. Hom. ΙΛΙΑΔ. A. p. m. 30. v. 17. & seq.

§. VII. Ostendi Apollinem eundem esse Deum, qvem Solem vocarunt. Et præter ante citata loca Cic. apertè: *Solem Deum esse Lunamq; qvorum alterum Apollinem Græci, alteram Dianam putant.* Ecce etiam Fulgent. & Trojomanna Sagu: Ubi hac de caussa Solargud appellatur, sceptrum habens aureum teste Homero: Tanta formæ majestate decoratus, ut ex ejus vultu jubar emicet. Vide Edd. Quo nomine simulacra ejusdem arcu & sagittis exornantur. De arcu aureo Sophocles: ubi etiam á choro Senum Φοῖβον ἑκαβόλον Apollinem jaculatorem nominari cernimus: sicut & Homero Φοῖβος Ἀπόλλων laudatur atque ἑκάεργος Ἀπόλλων longè jaculans Apollo, ex ἑκὰς καὶ ἔργω. Addatur Hesiodi Ἀσπὶς Ἡρακλέος, scutum Herculis, ubi ita sæpius insignitur. Cic. lib. III. de N. D. Fulgent. Myth. l. I. XI. in princ. Trojoman. sugu. p. m. II. lin. XLVI. p. VIII. l. I. Hom ΙΛΙΑΔ. A. p. 6. v. 36. Edd. Myth. XX. Sophocl. ΟΙΔΙΠ. ΤΥΡ. Hom. d. lib. r. 6 v. 30. ac aliis in locis, sc. p. 8. v. 22. p. 14. v. 21. p. 28. v. 37. &c.

Cujus & auratæ emittuntur sagittæ. Priap: Hom ΙΛΙΑΔ. A. p. m. 6. v. 1 & 8. p. 8. v. 18. p. 30. v. 18 21. & Φ. p. 760. v. 35. &c.

Num pudet auratas Phœbum portare sagittas?
Fertur Apollinea missa sagitta manu.

 Itemque

Hesiod. Ἀσπὶς Ἡρακλέος Scut. Hercul. Priap. carm. VIII. Carm. XIX.

Plutarch. de Pythiæ Orac. f. Comment. cur nunc Pyth. non reddat oracula carminæ. p. m. 402. Priap. Carm. XXXVI. Plut. Thef. p. m. 2. Plutarch. De EI inscript. foribus templ. Delph. circa fin Cic. lib. I. De Divin. p. m. 102. Maimon. More Nevochim. p. III. c. XXIX. Hornb. de Conv. Ind. lib. I. c. IV. Virgil. lib. IX. Æn.

Itemque πλῆκτρον χρυσοῦν plectrum laudatur aureum, solis habens radios, ut auctoritate Scythini refert Plutarchus.

Et alio loco Priap.

Phœbus *Comosus* dicitur,

Unde comæ primitiæ τῷ Θεῷ, Apollini consecrari solitæ. Qui & χρυσοκόμης Dor. χρυσοκόμας, aureo capillo conspicuus; ut Euripidi quoque nominatur, laudante etiam Plutarcho, περὶ τοῦ ΕΙ τοῦ ἐν Δελφοῖς *DE EI, inscripto foribus templi Delphici.* Unde Sol aureus Ennio, & ex eo Ciceroni. Inde etiam Sabæi (quorum, sicut aliorum simul profanorum legibus permultis Judæorum cernuntur oppositæ) Soli aureas, lunæ argenteas, alias aliis stellis imagines, הטלסמאות appellant, erexisse leguntur.

Virgilius adhæc de crinibus Apollinis:

Ætheria tum forte plaga crinitus Apollo.
Desuper Ausonias acies, urbemque videbat
nube sedens ----------

Et paulo post:

------------ ibat Apollo
Omnia longævo similis, vocemq; coloremque,
Et crines albos, & sæva sonoribus arma;
Atque his ardentem dictis affatur Iulum:
Sit satis Æneide telis impune Numanum
Oppetiisse suis: primam hanc tibi magnus Apollo
Concedit laudem, & paribus non invidet armis.

Farnab. in marg. ad d. Virg. l.

Ubi Farnabius: *Gloriam tibi concedit in suis armis*, id est, *arcu & sagittis.* Quod & firmant sequentia;

Agnovere Deum proceres, divinaque tela
Dardanidæ, pharetramque fuga sensere sonantem.

Plaut. Aulul. II. VIII. 24.

Egregiè, ut solet, Plautus. *Apollo, quæso, subveni mihi, atque adjuva; confige sagittis fures thesaurarios: cui*

in

in re tali jam subvenisti antidhac. Ad quem locum Meursius Apollinem dictum autumat *Apellinem, quasi mala apellentem.* Quod tamen non placet. Horat. Epod. lib. Od. xv.

Horatius:

Intonsosq; agitaret Apollinis aura capillos.

Tibull. Tibull. lib. I. ad Priap. Eleg. IV.

Solis æterna est Phœbo Bacchoq; juventa:

Nam decet intonsus crinis utrumq; Deum.

Iterum: - - - *Sic tibi sint intonsi, Phœbe, capilli.* Et lib. II. Eleg. V. in fin.

Per sagittas autem vis ejecta radiorum per totum qva qva patet orbem in modum sagittarum exsilientium intelligitur. Qvæ qvidem Sagittæ vernacula lingva **Solarstralar** appellantur; Sicut Italis hodieq; Gothica voce *strale* Sagitta est. Eidem Apollini & argenteum tribuit arcum Homerus, & fulgentem arcum Horatius. Hom. d. l. Horat. Carm. Sec. ad Deos pro J. R.

Augur & fulgente decorus arcu

Phœbus - - - - - - - - .

Qvid? qvod arcus insuper artisqve sagittandi repertor exstitisse fingatur, ejusqve arcus Scythicus, τὸ τόξον Σκυθικὸν appelletur Diodoro Siculo. Diod. Sic. Βιβλ. E.

§. VIII. Baldur etiam vocatus, velut alias ostendi fusius. *Samnaas, Samn-mal-thius*, supremus judiciorum Deus, Judiciorum Præses summus, summa prudentia simulq; justitia, cum nulla ejus possint de vero flecti judicia; & idcircò *Samn-mal-ses* dictus vocabulo itidem juncto copulatoqve, idem omnino sonante. Unde quoq; amnis prope antiqvam urbē Upsalas, **Samnaa**: qvod ad hunc commune Svioniæ concilium in negotiis longè gravissimis celebraretur. De istoc Præside Edda: **Han er witrastur Asa, fegurst taladur oc** Edd. Fab. sup. alleg.

lijkn-

lijkasamastur/ en sa nattura fylger honom/ at eingen ma hallast domur hans. *Omnium est Deorum sapientissimus, eloqventissimus & optimus, eaq; natura ut nulla ejus possint judicia corrumpi.* Qvin & simpliciter *fegurst*, Scythino idcirco apud Plutarchum ἐυειδής. De justitia & æquitate

Plutarch. De Pyth. oraculis p. d. 402.

Horatius: - - - - - - *casu venit obvius illi*

Adversarius: &, quo tu turpissime magna
Exclamat voce: & licet antestari? Ego verò
Oppono auriculam; Rapit in jus, clamor utrinq;
Undiq; concursus: sic me servavit Apollo.

Horat. Sermo. lib. I. Sat. IX.

Porph. d. lib.

Et Porphyrius Minervam ex antiqvissimis monumentis affirmat solis esse virtutem, qvæ humanis mentibus prudentiam, voluntati justitiam subministrat. *Nam ideo hæc Dea Jovis capite prognata memoratur, id est, de summa ætheris parte edita, unde origo Solis est.* Neqve mendosa prorsus censeri possunt exemplaria, in qvibus idem hic *Samolses, Sam-el, Samelitz* scribi nonnunquam cernitur, ac in suo reperiri mihi asseveravit Consultissimus vir, Arcisque Upsalensis Prætor, Samuel Stehn O-Gothus: qvum & *EL* & *BEL*, *itemque BEL-Samen*, Βεελσάμην, בעל שמים Dominus coelorum, nec non *Saturnus* virtutis intuitu Solis appellatus antiquitati sit, ut antè copiosè monstravimus. Malè ergò scribitur Samlhog, ut in Hesychiano Burei codice adscripum reperiri mihi retulit Clarissimus Professor Norman: peius ab ipso Hesychio Ζάλμολξις; pessime à quibusdam alijs Salmoxes.

Hesych. p. m. 409. Vid. quoque subject. not. n. 18. edit. Corn. Schrev. Paul. Histor. arct. lib. I. c. XL. p. 132. De *Zamolxide* etiam legis, latore, &

§. IX. Nec præterea erit dissimulandum, quis & cujus nationis *Abar, Habar* fuerit, Herodoto, Straboni, Diodoro

ORPHEO Poëta Scytharum antiquissimo Thys. ad Justin. lib. II. c. II. 14. Herod. lib. IV. c. XXXVI.

Diodoro Siculo, Porphyrio, Jamblicho, aliis non obscure esse observatum. Quid multa? Constans semper visa sententia fuit, quod hic, utpote Hyperboreus, Apollinis Sacerdos, sagittam οὐδὲν σιτούμενος per universam terram circumtulerit. Vide Herodot. Jambl. & ceteros. Adde quoque caput aliud ejusdem libri: Ubi à duabus virginibus, sacra ad Græcos evecta, & ex his terris asportata, refertur. Quin & Cicero Apollinem ex Hyperboreis Delphos advenisse monstrat. Etiam Bertius inter alia ex Mela, Plinio, Solino, de virginibus agit ex his locis Delum profectis. Et sicut ex Mela Plinius, ita ex hoc Solinus pleraque de hac gente transcripsit. Sanè verò quæ Lydis, quæ Atheniensibus, quæ Lacedæmoniis, quæ Taygetis, quæ Argivis, quæ Corinthiis, quæ aliis propè innumeris Apollo responderit, nemo ignorat vel mediocriter in historiis versatus. Et innumerabilia fermè oracula collegisse Chrysippum, nec ullum sine locuplete auctore atque teste idem commemorat Cicero.

Herod. lib. IV. c. XXXVI. Jãbl. c. XXVIII. de vita Pythag. cap. XXXV. Cic. lib. III. de N. D. p. m. 71. Bert. Tab. Geog. lib. II. Descript. Hyperboreorum.

Cic. De divinat. lib. I. p. m. 88.

§. X. De liberalibus artibus quarum gloria Sviones floruerint nihil in præsentia dico, cum de iis egerim alias. Interea videtur attendendum, quod Græciam easdem intulisse Latio ipsi fateantur Romani Scriptores. Præclarè Horatius:

Horat. Epist. lib. II. Ep. I.

Græcia capta ferum victorem cepit, & arteis
Intulit agresti Latio: sic horridus ille
Defluxit numerus Saturnius, & grave virus
Munditiæ pepulere, sed in longum tamen ævum
Manserunt, hodieque manent vestigia Juris.

Ubi observa *hodieque* dici Horatio, qui & ipse aurea ætate vixit. Alios ex Livio, Cicerone, Vitru-

Borrich. in Anal. ad Cogit. de LL.
Cic. Orat. pro Cn. Planc.
Orat. pro dom. sua ad Pontif.
Iterum pro Cn. Planc.
Plin. lib. xxx. c. I.
Tacit. Germ. c. III.

vio locos profert Nobiliss. Borrichius. Confer & locum ex Orat. Ciceronis pro Cn. Plancio: *Quibus cum fuerit probatissimus, hodieq; sit.* Et ex oratione pro domo sua ad Poutifices: *Civitatem eripere non potuit; hodieq; Volaterrani* &c. Iterum pro Cn. Plancio: *Qvod Q. Metello laudi datum est, hodieq; est,* & *semper erit maximæ gloriæ.* Nec non ex Plinio itemqve Tacito, licet hi alius sint ætatis. Sed eò unde digressus sum revertor.

Justin. lib. II. c. VI. n. 6.
Hom. ΙΛΙΑΔ. A. p. 16. v. 2. p. 26. v. 17. Φ. p. 752. v. 12.

§. XI. Cum ita literæ certè ac facundia, & totus civilis ordo disciplinæ, veluti templum Athenas habuerint, laudante qvoqve Justino, haud injuria idcirco Athenis Ἀθῆνᾶ, Ἀθηναίη, Ἀθηναία, Minerva nomen dedisse existimatur, dictaqve hæc urbs Euripidi ἑλλάδος ἑλλὰς Græciæ Græcia, sive compendium qvoddã Græciæ: Ad cujus summam etiam in filio suo exemplis augendo auctoritatem provocat Cicero initio libri primi de officiis.

Cic. lib. I. de Off. init.

Herod. lib. II. c. LIV. LV. LVI. LVII. & LVIII.

§. XII. Sed qvid illud, amabo te, quod ab Herodoto pluribus deducitur, tandemqve carminibus Græcorum firmatur, nuncias hasce Sacrorum, aves vocitatas, easqve columbas? Anne hoc ad diluvii historiam spectare videbitur à posteris ita depravatum & perversum? Ut hæc auctoris verba Clariss. David Chytræus exposuit. Euge papæ! Qvî ego istuc credam viro Clariss. cum minimè sic à me facerent Fabellæ Ægyptiæ, Græcæ, nostræ *Eddicæ* vetustissimæ. Qvibus virgines dicuntur Hyperboreæ ex stirpe scilicet *Abaris*, & Mæijar vr Jotunheimum (qvam utiqve regionem primus omnium NORI JOTUN incoluit, si fidem Eddæ habemus) qvæ instar avium seu colum-

Edd. tit. vm Nori Jotun. Myth. XXXIV.

columbarum hinc avolarant. Unde & *Edda* Snorronis Neptunum s. Attinem, Apollinemqve Hyperboreum, & deinceps, qvi illius numen nomenqve invaserat Odinum, avibus sollemniter in legationibus usum testatur, quo totum pervolantes mundum, mandata celerrimè exseqverentur. Nec Edda multum abit diversa, haud ita pridem ab amplissimo Ressenio edita, ubi mentio qvoqve corvorum habetur in Apollinis tutelam adscriptorum. Adde sis Ovidium, Fulgentium, & Albric. Certè nunciæ Sacrorum & vates Fatidicæ Dodonæi nemoris Columbæ quoqve vocatæ, qvas lingva sua Thessali dixerunt πελειάδας. πελειὰς columbarum qvædam species à πελὸς *niger* aut *fuscus*, quod colore sit aqvilo; testibus Arist. & Bas. Fabro. Unde Varro:

Ovid. II. Met. Fulgent. Myt. I. XII. Albric. De Deor. imag. IV.

Arist. Hist. An. lib. V. c. XIII. Fab. in *Dodona.*

Atq; Ægeus fluctu qvam lavit ante aqvilo,
Sævus ubi posuit Neptuni filius urbem.

Qvod & ipsum historiis nostris est convenientissimum.

Varr. cit. Scal. ad Plaut. Pœn. V. II. 152.

§. XIII. Neptunus autem veteribus Nestunr s. Neptunr ab *nefe s. hnefe*, ad potentiam qvæ per *manum* innuitur terra marique maximam designandam nuncupatus: indeque Ἐνοσίχθων, Terræ quassator Homero. Nec enim ab alio fonte quocunque nominis scienter ortus repeti potest. Fallitur ergo Cicero, vocabulum à *nando* esse productum affirmans, sicut *Portuni* à *Portu*, paulum primis literis immutatis. Falluntur & alii, qui à verbo νίπτω, quod est lavo, nescio qua fronte conantur deducere. Neque nisi ratione deridicula νήπιος ex sententia cujusdam originem nomini dicitur dedisse, licet audisse aliquando vocem visus fuerit Neptuni, infantis

Herraud. Saug. c. XII. Hom. ΙΛΙΑΔ. Φ. p. m. 752. v. 9. & P. 760. v. 9. &c. Cic. lib. II. de N. D. p. m. 39.

 instar

instar vagientis. & hanc etiam formam speciemque in aquis oblatam plurimi sciant, ipseque testis sim oculatus.

Edd. in Attins Kenning. 120.

§. XIV. Neptunus idcirco Thekur/ formosus dicitur, simulque manu strenuus, πολύχειρ, pulcher, hoc est, fortis. *Sicut* Hercules vocatur Virgilio:

Virgil. VII. Æn. v. 656.

- - - - Satus *Hercule pulchro.*
Pulcher Aventinus.

Cic. lib. I. de Divin. p. m. 102.

Et Romulus Ennio:

- - - - *At Romulus pulcher in alto*
Quærit Aventino, cernens genus altivolantum:
Certabant urbem Romam, Remamne vocarent.
Omis cura viris, uter esset induperator.

Plaut. Bacchid. II. II. 38.

Fortis quoque apud Plautum eodem sensu occurrit: *Sed Bacchis etiam fortis tibi visa est*? id est, *formosa*, Servio sic & Nonio explicantibus: nimirum *fortem* vocitabant veteres quaque in re præstantem. Inde ex Anacr. Mercerus ad hunc locum:

Ex Anac. Merc. ad h. l.

Νικᾷ δ' ἢ καὶ σίδηρον καὶ πῦρ καλή τις οὖσα:
Ferrum & ignem mulier formosa vincit.

Plaut. Mil. Glor. IV. III. 13.

Iterum apud Plautum:

- - - - *Ecquid fortis visa est?*

Hoc est, specie excellens sive pulcra. Inde pulcher etiam rectissimè teste Jul Cæs. aspiratur: est enim, ut supra innuebam, à Græco πολύχειρ. Præterea ad imitationem Græcorum factum etiam videmus, quod ἀγαθὸς καλὸς *bonus fortem* significet, sicut *malus* κακὸς imbellem. Quærentibusque amicis, cui relinqueret Alexander regnum, respondit: *Ei qui esset optimus*, id est, *fortissimus*, *Marte præstantissimus*, Græcis ἄριστος: unde ἀριστεύειν, ἀριστεὺς &c. observante etiam Bernecero. Et *melior* Horatio, Sallustio, Justino, aliis, *fortior.*

Jul. Cæs. Scal. lib. I. de Causs. ling. Lat. c. XXII.

Curt. lib. X. c. V. conf. Sallust. Jug. XCII. 10. Bernec. ad Just. lib. XII. c. XV. 9. Horat. I. od. XV. Sallust. I. III. 31. Just. lib. VIII. c. II. 4.

§. XV.

§. XV. Sed ad virgines redeo, qvæ aves etiam appellari poterant, ob manicas demiſſitias, inſtar alarum ab utroq; latere pendulas, libereq; fluentes, *flaxar*, qvibus in membraneis codicibus antiqviſſimarum legum cernuntur exornatæ. Qvo ſanè ſignificatu Plautus: *Sed qvanam*, inqvit, *illæc avis eſt, qvæ huc cum tunicis advenit?* Plaut. Pœn. d. V. II. 15.

§. XVI. Huc etiam non malè retuleris peculiare qvoddam inſigne ſacrorum, duarum nimirum virginum coronatarum, ad eundem planè modum, qvo coronis itidem Dii lapideis in monumentis cincti conſpiciuntur. Vide Olaum Magnum. Qvamvis minus hæc diſtinctè tradat, nec trium illa coronarum Regni Sveoniæ inſignia, vetuſtatem longè remotiſſimam reſipientia, ſatis, ut oportuerat, explicet, ſecundum rationes manifeſtiſſimi juris. De qvibus præter alios conſuli poterit Clariſſ. Schefferus. Ad cujus qvoq; imperii imaginem exprimendam, Gothi in terris extra patriam *Scutum deferre ſoliti ſunt in qvatvor partes diviſum; In parte autem dextra ſuperiore qvatvor baltheos nigros in campo aureo: In ſiniſtra verò tres coronas aureas in campo rubro: In parte inferiori dextra Leonem fulvum habentem in manibus ſecurim Amazoniam in campo albo: in ſiniſtra autem parte Leonem fulvum in campo aureo*; referente Joh. Rub. poſt Burg. Addatur Alph. de villa diego. Qvamvis etiam affirment, Leonem undanti *clypeo impoſitum fuiſſe*. Videatur Mariana; Indeqve imago Leonis ſuper tria flumina erecti viſatur apud Lazium, & in nonnullis codicibus vetuſtis legum patriarum.

Ol. Magn. Hiſt. de Gent. Septē. lib. II. c. XXIII.

Scheff. lib. Sing. de antiq. Regn. Sueon. inſign.

Joh. Rub. de Juſt. & Jur. Regn. Nav. p. VI. §. VII. Burg. c. XLIX. Alph. de Vil. dieg. Chron. Goth. Regn. p. III. XLVII.

Marian. in Hiſpan. Annal. Laz. lib. X. de Mig. Gent. Cod. Vetuſt. legum patriarum.

Alph. d. Chrō. p. m. xv.

§. XVII. Idem jam laudatus Alphonſus rectiſſimè qvoqve vidit numerum imparem Tripodi Sacrum in ſacrificiis Gothorum, ſcitis Pythagoræ, Zamolxis, ac Dicenei fuiſſe obſervatum.

Virgil. lib. II. Æneid.

§. XVIII. Unde vero ſit inſigne Leonum geminorum, præter monumenta Gentis noſtræ firmant & aliorum teſtimonia ſcriptorum. Quod ſcilicet magna Deûm genetrix *Terra*, cujus etiam cultus longe antiquiſſimus hinc arceſſitur, leonibus vehi fingatur. Vide ſis Macrob. & ad hunc Clariſſ. Iſaacum Pontanum, ex Lucano, Claudiano, Lucretio, hac de re peregregie diſſerentem. Vix a. me contineo, quin verſus, cum impenſe placeant, Lucretii exſcribam; ubi de Deum matre;

Macrob. Sat. d. l. I. xxi.

Lucret. lib. II. de N. R.

Hanc veteres Grajum docti cecinere Poëtæ
Sublimem in curru bijuges agitare Leones,
Aëris in ſpatio magnam pendere docentes
Tellurem, neque poſſe in terra ſiſtere Terram.

Virgil. Æneid. lib. III.

Concinit Virgilius deliciis carminum fluentibus:

Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiaque æra
Idæumque nemus, hinc fida ſilentia ſacris;
Et juncti currum Dominæ ſubjere leones.

lib. x.

Iterum:

Alma parens Idæa DEum, cui Dindyma cordi,
Turrigeræque urbes, bijugique ad fræna leones.

Ovid. lib. x. Met. Cic. lib. VII. in Verr. Orat. x. p. m. 274. Cic. lib. II. de Leg. p. m. 174. Ovid. lib. VI. Faſt. Plat. in Crat. p. m. 316. Virgil. lib. I. Georg. Lucret. de R. N. lib. V. Tacit. de mor. Germ. c. XL.

Itemque Ovidius:

Dente premunt domito Cybeleia fræna leones.

Quibus in verſibus, *Cybele*, *Idæa*, in vetuſtis lapidum inſcriptionibus ᛁᚦᛉᚴᚢᚦ Jdaqud eadē ac *Terra*, quæ & *Veſta*. *Stat vi terra ſua, vi ſtando Veſta vocatur.* Ἑστία Græcis, quaſi Ἐυστία, Ὀυσία, ſi veteres apud Platonem audimus. *Veſta mater* Virgilio. *Terra mater* Lucretio & Tacito.

Vocatur

Vocatur etiam *prima Deorum Tellus, Phrygia mater.* Virgilius ;

- - - - - - Primamque Deorum
Tellurem - - - - - - - - - - - - - - -

Statim ſequitur ;

Idæumque Jovem, Phrygiamq́; ex ordine matrem.

Μητέρα Τηθὺν *matrem Tethyn* Homerus appellat. Quæ & *Magna parens* Ovidio dicitur. *Parens Terra* , Lact. Placido. Aliis etiam auctoribus *omnium parens. Mater omnium mortalium* Livio. *Omniparens* Lucretio.

Et hæc Dea Latinis *Ceres, à gerendis frugibus tanquam Geres, prima litera itidem immutata, ut à Græcis : nam ab illis quoque* δημήτηρ, *quaſi* γημήτηρ nominata eſt, à γῆ terra & μήτηρ mater. Vel per Syncopen quaſi Δημομήτηρ à δῆμος populus, ut ſit *mater ſive altrix populorum.*

Δημήτηρ θεά
Γῆ δ' ἐστὶ ὄνομα δ' ὁπότερον βούλει, κάλει.
Ceres Dea eſt.
Tellus, utram magis libet voces licet.

Socrati apud Platonem δημήτηρ, quaſi διδοῦσα μήτηρ *largiens alimenta mater. Friggam, Frygiam, Freyam, Diſam, Titam* , Τιταίαν Atlantii etiam dixerunt , uti monſtrat Diodorus : Cujus ſacra omnium cenſentur antiquiſſima, religioſiſſima. Unde idem Cicero ; *Ceres antiqviſſima, religioſiſſima princeps omnium Sacrorum, quæ apud omnes gentes fiunt.* Ut evidentiſſimo ſic teſtimonio doceamur, non *Cerimonias* ſed *Ceremonias* rectius ſcribi, quia à Cerere initia Ceremoniarum profecta noſcuntur. Hinc & Gloſſa ; *Ceremonia,* Δημήτρια ἀπὸ τῆς Δήμητρος. Nec tamen deſunt qui ab oppido *Cære* & *Cæretanis* deducunt. Vide Feſtum, itemque Valerium Maximum. Priorem ſenten-

Virgil. Æneid. lib. VII.
Homer. ΙΛΙΑΔ. Ξ.
Ovid. lib. I. Metam.
Lact. Placid. Narrat. Fab. lib. I. Fab. V.
Sveton. Jul. Cæſ. cap. VII.
Liv. lib. I. c. LVI.
Lucret. de R. N. lib. II.
Cic. de nat. Deor. lib. II. p. 39. & lib. III. p. 72.
Eurip. in Bacch.
Plat. in Cratyl. p. m. 317.
Diod. lib. III. p. m. 133.
Cic. lib. IV. in Verr.
Gloſſ.
Val. Max. lib. I. Exempl. Mem. c. I. n. X.

Thyſ. in not. ad pr. l. Val. Max.
Joſeph. Scal. ad Feſt. Val. Max. lib. x. Epit. de Nom. rat.
Borrich. in Cogit. deſcript.
Voſſ. de vit. Serm. voc. *Ceremonia.*
Cic. lib. VII. in Verr. Orat. x. Circa fin.
Liv. lib. XXIII. c. XXXV.
Sveton. Calig. c. LIV. Galb. c. IV.
Tacit. Hiſtor. lib. II. c. LXVIII.
Herodot. lib. IV. c. LIX. cit. cap.
Hom. Ἰλιάδ. γ. p. 99. v. 35.
Plaut. Ciſtell. II. I. 39.
Tacit. de Mor. Germ. c. XL.
Cic. lib. III. de Nat. Deor. p. 70.
Cic. lib. II. de N. D. p. m. 42. &c.
Schild ad Sveton. vit. Tib. Ner. Cæſ. c. LXXV.
Lucret. de R. N. lib. I.

ſententiam cum aliis tuetur Cl. Thyſius. Illuſt. Joſephus Scaliger, *Cerum* ſanctum veteribus dici oſtendit: Unde Janus, *Cerus manus*, id eſt, *creator bonus* (*manum veteres bonum dixerunt*) *in ſaliari carmine*: Et hinc ceremoniæ vocaculum derivat; ſed ſine veterum ſuffragio, uti quoque cenſet Ampliſſimus Borrichius. Iterum Cicero: *Teque Ceres & Libera, quarum ſacra, ſicut opiniones hominum ac religiones ferunt, longè maximis atque occultiſſimis ceremoniis continentur: à quibus initia vitæ atque victus, Legum, morum manſvetudinis, humanitatis exempla hominibus & civitatibus data, ac diſpertita eſſe dicuntur, cui ut aliis etiam Numinibus decreta pervigilia.* Vide Livium, Sveton. Tacit.

§. XIX. Hæc *Diſa* dicta quoque Scythis & Getis *Tabeti*, Ταβιτὶ ſatietate cibi juvans, teſte Herodoto: Et Terra Scythis Græciſque Ἀπία, *Æſia*, quod opes habeat, in ſeſe contineat reconditas omnis generis. Ops opulenta Plauto. *Herthus* apud Tacitum. Hinc & Cicero: *Terra ipſa Dea eſt, & ita habetur: quæ eſt enim alia Tellus?* Nimirum *quod gravidata ſeminibus omnia pariat & fundat ex ſeſe: ſtirpes ampexa alat & augeat. Item quod omnes animantes educet: educatas rebus omnibus ſuſtentet ac foveat: recipiatque morientes omnes, ac tanquam gremio abſcondat.* Vide Sabinum verbis hæc Ciceronis ferme proferentem ad allegatum proxime locum Ovidii. Gemina etiam ex Plinio Schildius exhibet ad Svetonium. De gremio Terræ matris Lucret.

- - - - - - - - *Ubi eas pater æther*
In gremium matris terrai præcipitavit.

Heſycio Ἠτροφὸς, ἄρτεμις, καὶ ἡ μήτηρ, καὶ ἡ ῥέα, καὶ ἡ δημήτηρ. *Nutrix, Diana, & mater, & Rhea, & Demeter.*

Ἄρτεμις,

Ἄρτεμις, non qvaſi *ἀρτεμὴς perfecta*, aut *ἀερότομις* aërem ſecans, ut minus rectè exponunt interpretes. Hæc & *ἄρτεμις* Sophocli. Σκυθιςὶ, auctore Herodoto, Ἀρτίμπασα Scythicâ lingvâ, qvæ eadem Gothica, *Artimpaſa, Terra Dea*, cujus & originis *ἄρτεμις*: Unde titulus *artirbolcker.* Nec officit, qvod ejus nomen alio fonte derivatum ab Socrate exſtet apud Platonem, qvum multa de ratione variet, ut in ceteris qvoqve Deorum vocabulis. Qvod minimè mirum videri debet, qvando fatetur ipſe permulta nomina Græcos à noſtratibus accepiſſe. Sic & cetera nomina Deorum Scythica qvæ dicto Herodoti capite recenſentur, nomenclationis ſunt Gothicæ: uti ſuo qvodqve loco monſtratur. Et ut apud Græcos *Diana*, eaqve *Lucifera* invocatur; Sic apud Romanos *Juno Lucina*: qvæ eadem *Diana omnivaga*, qvod in ſeptem numeratur tanqvam vagantibus. Confirmant Plautus & Turneb. *Sicut enim à Medicus, Medici, Medicinus, Medicina Adject. ut ars ſubaudiatur; à Piſcis, Piſci, Piſcinus Piſcina ſcilicet aqva; à Rex, Regi, Reginus, Regina ſcilicet fœmina, filia, uxor: Sic à Lux, Luci, Lucius, Lucinus & Juno Lucina*, obſervante Scioppio, qvam poſtea conciſa voce Lunam dixerunt. Diana hæc *Trivia* Virgilio: itemqve *Hecate* Ἑκάτη, περσεφόνη *Proſerpina, Juno inferna.* Qvæ ſanè ut alia Dearum nomina referuntur ad Lunam. Vide Macrobium præter alia Poëtarum loca tantum non infinita. Vide etiam Herod. & notas Clariſſ. Gale: Ubi Diana, Luna & Proſerpina Clariſſimo viro eædem rectiſſimè dicuntur. Nec non Æſchyl. Hinc & Ciceroni Diana in Myſticis Sacrorum rationibus *Luna* dicitur, *qvod ab eadem*

Mag. Nepot. Themiſt. III. 4
Sophocl. OEdip. Tyr. & alibi ſæpius.
Herod. d. cap.
Artirbolcker legũ W. Goth.
Plat. in Crat. p. m. 318.
Plat. d. lib. p. ſeq.
Cic. cit. lib. II. de nat. D. p. m. 39.
Plaut. Aulul. IV. VII. XI.
Turn. ad all. loc. Plaut.
Sciop. Parad. Lit. Ep. V.
Jul. Cæſ. Scal. lib. IV. c. XCI. de cauſſ. ling. l.
Virgil. lib. VI. Æneid. ſæpius. & lib. X.
Cic. d. lib. II. & p. 39.
Macrob. ſup. cit. loc.
Herod. lib. II. C. CLVI.
Gal. in not.
Et Æſch. ib. laud.
Cic. d. lib. II. de N. D. p. m. 36. & 39.
Nat. Com. Myth. lib. III. c. XVII. & c. XVIII.

multa manent & fluant, qvibus & animantes alantur, augescantq; & pubescant, maturitatemq; assequantur qvæ oriuntur è Terra. Qvæ & *Terræ præses* à choro senum appellatur Sophocli : Et *Regina Deum* Virgilio. Sicuti Jupiter *Rex Deorum atq; hominum Plauto* vocatur. Luna Atlantijs teste Diodoro Siculo, indeque Græcis Μήνη *Dor.* Μάνα, *Goth.* Mana/ unde Manadager vox in Jure patrio sæpissimè occurrens. Qvin & μένδην s. μένδιν appellarunt. Hesychius nominat Βένδην, vel, ut legit Palmerius, Βένδιν s. Βενδέιαν. Hinc fit, ut Cicero ea de re hunc in modum disserat: *Adhibetur a. Diana ad partus: quod ii maturescunt, aut septem nonnnnqvam, aut plerumq; novem lunæ cursibus: qvi qvia mensa spatia conficiunt, menses nominantur.* In Eddicis monumentis Diana ut *Vanadis, Vanagod, Dea Scytharum, Dea Septentrionis* celebratur. Lucanus :

Sophoc. OEdip. Tyr. Virgil. lib. I. Æneid. Plaut. Capt. III. IV. 89. Diod. Sic. lib. III. p. m. 133. Hesych. p. 261. Palmer. ad h. p. n. II. Cic. de N. D. lib. II. p. 39.

> *Et Taranis Scythicæ non mitior ara Dianæ ;*
> *Qvà sublime nemus, Scythicæ qvà regna Dianæ.*

Lucan. lib. I. de b. c. Et lib. III.

Et de telis idcirco Dianæ canens Virgil.

Virgil. lib. XI. Æneid.

> *- - - - - - - Tune etiam telis moriere Dianæ ?*
> *Dixit & aurata volucrem Threissa sagittam*
> *Deprompsit pharetra, cornuq; infensa tetendit,*
> *Et duxit longè, donec curvata coïrent*
> *Inter se capita, & manibus jam tangeret aqvis,*
> *Læva aciem ferri, dextra nervoq; papillam.*

Unde & Hesiodo Ἄρτεμις Ἰοχέαιρα, *Diana sagittis gaudens* dicitur. Dea inqvam Scytharum Diana celebratur, qvod ejusdem cultus è Septentrione & Scythia per universum orbem dimanarit. In actis Apostol. mentio qvoqve fit Ephesiæ Dianæ, τῆς μεγάλης θεᾶς ἀρτέμιδος *magnæ Deæ Dianæ*, ἣν ὅλη ἡ Ἀσία καὶ ἡ οἰκου-

Hesiod. in Θεογ. Act. Apost. c. XIX. v. 27.

οἰκουμένη σέβεται, *qvam tota Asia & universus orbis terra colit.* vernacula vers. Then hela Asia, och hela Werlden dyrkar: cujus sacerdotes omnes Eunuchi fuerunt, ac custodiæ socias virgines habuerunt. Hi generali vocabulo *Megabyzi* dicti. Μεγάβυζος autem Gothicæ est originis, cujus vim ignorant interpretes. Si namqve verbum verbo reddideris, significabit mulierem ex viro factam, quæ fuerat vir antea, demto quo viri sumus. Dicti qvoqve Majoribus nostris *Gallar*, qvod generare non possent, à galla s. gälla / castrare, testes exsecare: qvo sensu hæc vox hodieq; nostratibus in usu est. Suetonio *Galli matris Deum Tympanizantes* apellantur, versusqve citatur: Svid. in Μεγάβυζος. Sveton. vit. Aug. c. LXVIII.

Vides ne ut Cinædus orbem digito temperet?

Unde Juvenalis: Juvenal. Sat. II. p. 20. v. 16.

- - - - - Prhygio qvos tempus erat jam
More supervacuam cultris abscindere carnem.

More scilicet *sacerdotum Phrygiæ Deæ*, ut ad hunc locum notat Claris. Farnabius. Iterum Juvenalis: Id. Sat. VI. p. 65. v. 24.

- - - Matrisq; Deum chorus intrat, & ingens
Semivir, obscœno facies referenda minori,
Mollia qvi rupta secuit genitalia testa
Iampridem, cui rauca cohors, cui tympana cedunt
Plebeia, & Phrygia vestitur bucca tiara.

Antistes hic dicitur *ingens*, cum & ceteri sacerdotes minores tympana pulsantes semiviri fuerint. Hinc & Plautus: Plaut. Pœn. V. v. 38.

Cur non adhibuisti, dum istæc loqvereris, tympanum?
Nam te Cinædum esse arbitror magis, qvam virum.

Lucretius: Lucret. de R. N. lib. II. p. m. 75.

Qvare magna Deum mater, materq; ferarum,

Et nostri genitrix hæc dicta est corporis una.
Hanc veteres Grajûm docti cecinere Poëtæ
Sedibus in curru bijugos agitare Leones:
Aëris in spatio magnam pendere docentes
Tellurem.
Hanc variæ gentes antiqvo more sacrorum
Idæam vocitant matrem, Phrygiasq́ catervas
Dant comites, qvia primum ex illis finibus edunt
Per terrarum orbem fruges cœpisse creari:
Gallos attribuunt, qvia numen qvi violarint
Matris, & ingrati genitoribus inventi sunt,
Significare volunt indignos esse putandos,
Vivam progeniem qvi in oras luminis edant.
Tympana tenta tonant palmis, & cymbala circum
Concava: raucisonoq́ minantur cornua cantu:
Et Phrygio stimulat numero cava tibia menteis:
Telaq́ præportant violenti signa furoris:
Ingratos animos, atq́ impia pectora vulgi
Conterrere metu qvæ possint numine Divæ.

Itemqve Catullus:

Catull. de Berecynth. & Aty. LXIV. p. m. 36.

Niveis citata cepit manibus leve tympanum,
Tympanum, tubam, Cybelle, tua, mater, initia:
Qvatiensq́ terga tauri teneris cava digitis,
Canere hoc suis adorta est tremebunda comitibus:
Agite ite ad alta, Gallæ, Cybeles nemora simul,
Simul ite - - - - - - - - - -

Et mox:

- - - - - - Simul ite: seqvimini
Phrygiam ad domum: Cybelles Phrygia ad nemora Deæ,
Ubi Cymbalum sonat vox, ubi Tympana reboant,

Tibicen

Tibicen ubi canit Phryx curvo grave calamo.
Vide qvoqve qvæ seqvuntur.
Sic Terra, Frigga nobis primum vocitata s. *Frygia, Jo, Gio*, atqve etiam *Goia*, uti supra ostensum, & eidem consecratus mensis *Goimanat*, ipsumqve sacrificium **blot til arbotar.** *Pro felici annona: Pro annonæ recuperatione.* Ut sacrificio ritè facto, numen placaretur, & pax expeteretur. Id quod Macrobio, & Tacito, *Litare* rectissimè vocatur. *Sacrificare* igitur, est offerre sacrum, **Blotha. Afgudhom blotha** *Diis hostiis litare.* Plautus:

Macrob. lib. III. c. V. Tacit. de mor. Germ. c. IX. c. I. legum Commun. & Upl. tit. Kyrk. br.

Nam ego hodie infelix dîs meis iratissumis
Sex immolavi agnos, nec potui tamen
Propitiam Venerem facere uti esset mihi.
Qvoniam litare neqveo, abii illinc ilico
Iratus.

Plaut. Pœnul. II. IV. Turneb. ad h. l.

Qvidam Litare q. Lutare à luo, quod est solvo; non nulli ἀπὸ τ̃ λιτῶν, id est, á precibus, teste Turnebo deducunt. Sed frustra. Qvippe verbum est Geticæ originis. *Lita* namq;, *Litha, Leda* est *aptare, jungere, conciliare, reconciliare, placare.* Qvamobrem rectè Servius: *Deos sacris litamus, hoc est, placamus.* Svetonius vit. Jul. Cæsaris: *Dein pluribus hostiis cæsis, cum litare non posset introiit curiam, spreta religione: Spurinamq; irridens, & ut falsum arguens, qvod sine ulla noxa idus Martiæ adessent: quamquam is venisse quidem eas diceret, sed non præteriisse.* Idem Ner. Claud. Cæs. *Ante paucos quam periret menses, attendit & extispicio, nec unquam litavit.* Idem, M. Salv. Othone. *Nam & victimas Diti patri cæsas litavit*: Ubi legendum videtur: *Victimis Diti patri cæsis:* Aut codice sic monente Salmasii: *Victima Diti patri cæsa.* Qvamvis Virgilius etiam:

Vid. Gloss. Vlph. Goth. Serv. ad lib. IV. Æneid. Sveton. Cæs. C. LXXXI. Id. Neron. Claud. Cæs. c. LVI. Id. M. Salv. Ot. c. VIII.

Schild. in notis ad h. l. *Sacrisq; litatis.* Vide Schildium in notis ad hunc lo-
Liv. lib. IX. c. XIV. cum Svetonii. Livius: *Auspicia secunda esse, Tarentini pullarius nunciat.* Litatum *præterea est egregiè. Auctoribus Diis, ut videtis, ad rem gerendam proficiscimur.* Victima autem cædebatur in principio men-
Hervar. Saug. c. XIV. sis Februarij, i Uppհafi Manadar þess er Februa-
Olufs Saug. c. LXIX. rius heiter/ *at Goi*, ut habetur in Olofs Sagu. Sci-
Tacit. de mor. Germ. c. XI. licet cum luna impleretur: hoc enim agendis rebus initium est creditum auspicatissimum.

Ῥυθμὸς Antiq.
Herod. lib. II. c. XLVII.

När Trättandagz Ny i fulla fahr/
Å Disa Ting i Upsalom står.

Qvo plenilunij etiam tempore Sacra Lunæ facta apud Ægyptios, aliosqve. Cujus si circumvolutos orbes *Disanos*, demonstrante etiam, ut audio, Clarissimo Rubeckio, una cum minutissimis singulorum annorum particulis intercalarijs per ea qvæ retro sunt secula computare aggrediaris, satis evidenter percipies, in quam profecto ætatem initia hujusmodi generalis Svionum Gothonumque conventus meritissimo rejiciantur. Certè in manuscripto Legum codice, qui olim fuit parentis mei desideratissimi, Caroli Lundii, Adsessoris supremi judicii Regii Junecop. seculum à condito mundo decimum octavum communi huic Svioniæ concilio primordia dedisse legitur.

§. XX. Sed vero & Venus eadem atque Freya, &
Plaut. Asin. I. III. LXX. DEum mater. A Goth. *væn, ven*, pulcra, unde oratio
Isid. lib. II. Orig. *Vinnula, Venustula* Plauto *svavis, leniter permulcens*
Cic. lib. II. de N.D. p. m. 40. vinnlig/ vennlig/ lüflig; licet haud ignorem unde deducat Isidorus. Scilicet à *vinno, cincinno molliter flexo.*
Sciopp. Susp. lect. lib. IV. Ep. XXI. Venerem autem à *veniendo dictam* autumat *Cicero, quod hæc Dea ad res omnes veniat, atque ex ea venustatem.* Sciopplus sanè veniendi verbo, ut *nequam & Venerio*

usos

uſos eſſe Latinos teſtatur: indeque *venerem* appellatam, Grāmaticis licet reclamantibus. Apulejus eandem facit *Dianam, Junonem, Venerem*, & *Bellonam*. Plutarchus quoque Matrem Deorum Ἀφροδίτην venerem vocat ab ἀφρὸς. Nec Heſiodo repugnandum eſſe, Socrates apud Platonem exiſtimat, quin concedendum potius ex ἀφροῦ, hoc eſt, ex ſpuma ἀφροδίτην vocari: quod ſpuma dicatur procreata, exponente Cicerone; Cui quatvor recenſentur. Cl. Urſinus ad Fulgent. Ἀφρὸς, inquit, *Græce ſpuma dicitur, ſive ergo quod ſicut ſpuma libido momentaliter ſurgat, & in nihilum veniat: ſive quod concitatio ipſa ſeminis ſpumoſa ſit*. Et Macrobius ſignum veneris Cypr. barbatum corpore, ſed veſte muliebri cum ſceptro ac ſtatura viri fuiſſe refert. Sicuti etiam Freiam noſtram veteres armatam, hoc eſt, cum mentula ſive coleata cuſpide, quæ Græcis στόρθυγξ, depictam voluerunt. Adamus Bremenſis: *Cujus* (*Fricconis*) *etiam ſimulacrum fingunt ingenti Priapo*. *Fricconem* appellat virilis intuitu facultatis; cum ad generationem gemina vis requiratur, virilis quidem ad agendum, feminea vero ad patiendum. Unde Priap. *Pathicæ* dicuntur puellæ. Quippe *pathicus* in venere eſt qui patitur. Vide heic Scioppium. *Foſſa* ſic *ingvinis* dicitur, qua mulieres ſunt. Nec non *arvum muliebre*. *Sulcus* etiam; ſicut *vomer* quo viri ſumus. Lucret.

Eicit enim recta ſulci regione viaque
Vomerem - - - - - - - - - - - - - - -

Hinc & *Fricco* in Edda *Frey* & Broþr *Freyo*, et Vanagoþ. Frater Freyæ, & Deus Scytharum. Af hennar (Freyo) nafni er þat tignar nafn / at rikr Konar ero Kallaþar frur. *Ab ejuſdem, Freyæ, nomine titulus*

Apul. XI. Met.
Plutarch. vit. Craſſ.
Plat. in Crat. p. m. 318.
Cic. lib. III. de N. D. p. m. 71.
Vrſin. ad Fulgent. Myth. l. II. tit. *Venus*.
Macrob. lib. III. c. VIII.
Adam. Brem. de ſit. Dan. & reliq. Sept. Reg. c. CCXXXIII.
Priap. Carm. XXIV.
Sciop. ad h. l.
Priap. Carm. XLVI. & Carm. LXXXVIII.
Lucret. lib. IV. De R. N.
Edd. Myth. XXII.
Et Annr partur Ed. tit. Freys Kenningar.

titulus est quo honoratiores fœminæ Frur appellantur. Certè *Venus Frugi* Romæ dicta, cujus templum *Frucinal* sive *Fruginal*, notante Festo. Etiam Goth. **afrò/** Græcis, uti dictum, Ἀφρὸς. Sicut n. α ἐπιτατικὸν Græcis, ita quoqve Gothis. Sic in legibus W. Gothicis antiqvissimis **Huuspréa/ Huusfrea/** quæ in inscriptione **Huusfru/** mater familias dicitur. Qvæ etiam vox aliis in locis sexcentis reperitur. Cumq; veteribus Romanis aliisq; Juno suprema censeretur mater familias adseverante Plauto:

Leg. W. Goth. tir. Ärfdabolkär/ c. XVII.

Plaut. Amphit. II. II. 201.

> *Per supremi Regis regnum juro & matrem familias, Junonem:*

factum planè existimo, ut uxor viri Juno per honorem appellaretur.

Id. Casin. II. III. 14.

Idem Plautus:

> *Eia*, inquit, *mea Juno, non decet te esse tam tristem tuo Jovi.* Unde Juno Sif in **Trojomanna** s.

Trojomanna Saugu. p. m. XI.

Ut autem *Fricco*, ita & *Tellumo à vi masculina, Tellus à vi feminina dicitur*, notante Augustino. Idem de Iside Ægyptiorum traditur, qvam hi cum Luna quoqve confundunt, teste Plutarcho. Sed & Jsidem, & Cererem eandem esse Deam volunt, auctore Diodoro. Αἰγύπτιοι μὲν λέγουσι τὴν τε Δήμητραν καὶ τὴν Ἶσιν τὴν αὐτὴν εἶναι. Ut mittam Horum Ægyptiorum velut alatum Juvenem cum disco ad pedes adjacente, & sceptro in dextra, mentulam reliqvum corpus æqvantem tenente sinistra pingi solitum. Mater hæc Deum Ἀστάρτη Astarete est Pœnorum, Sidonum. Syria, Tyroq; concepta dicitur Ciceroni. Urania Afrorum; Qvæ Syris *Mylitta*; Persis *Mithra*, sive *mater*, hoc est, genitrix & mater, sic ex aliorum scriptis exponente Thysio ad Val.

Aug. VII. de Civit. Dei c. XXIII.
Plut. De Isid. & Osirid.
Diod. Βιβλιοθ. βιβλ. ε. p. m. 232.
Sciopp. Conlect. de Priapo c. II.
August. Q. XVI. ad Jud. II.
Cic. lib. III. de N. D. p. m. 71.
Herodian. lib. V.
Thys. ad Val.

Val. Max. Et profectò Solem *Mithren*, sacrumque & æternum invocat ignem Darius apud Curt. De Deo Persarum Sole Strabo, Justinus & Curtius. Quid multa? Sol calore, & Luna humore secundum jam monstrata in Theologia profanorum utramque ferè paginam faciunt; qvum ex his ritè conjunctis rerum constet generatio. Unde Diodorus Siculus Duos esse Θεοὺς ἀϊδίους τὲ καὶ πρώτους, τόν τε ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, *Deos æternos esseque omnium primos, Solem videlicet & Lunam*, testatur; quos primi homines in Ægypto geniti, mundi hujus ornatu conspecto sint admirati, post Nili inundationem ex calore Solis, certo motu accedente, & adæquato humore, sine semine, quædam animalia perfecta, quædam minus perfecta in terræ gleba cernentes: Illumque Osirin hanc Isim, certa ratione nominum appellatos. Et Lucretius conqveritur, adeo effœtam esse ætatem, effœtamque tellurem, ut

Max.d. c. I. n. I. in fin.
Curt. lib. IV. c. XIII.
Strabo lib. XV.
Justin. lib. I. c. X.
Curt. d. l. c. XIV.
Diod. Βιβλ. α.
Diod. d. l. p. m. 4, 5, 6 & 7.
Lucret. sub. fin. lib. II.

Vix animalia parva creet, quæ cuncta creavit
Secla, deditque ferarum ingentia corpora partu.

Et mox:

Sponte sua primum mortalibus ipsa creavit:
Ipsa dedit dulceis fœtus. - - - - - - -

Supra quoque refert: ex insensilibus animalia gigni, & de tetro stercore vermes existere. Verum clarius adhuc & uberius lib. V.

Lucret. p. m. 84.
Id. lib. V. p. m. 206.

Nam neque de cœlo cecidisse animalia possunt,
Nec terrestria de salsis exisse lacunis:
Linquitur ut merito maternum nomen adepta
Terra sit, è terra quoniam sunt cuncta creata.
Multaque nunc etiam existunt animalia terris,
Imbribus, & calido Solis concreta vapore.

Quò minus est mirum, si tum sunt plura coorta,
Et majora, nova tellure, atq; æthere adulta.

pag. seq.
Et mox: - - - *Qvoniam genus ipsa creavit*
Humanum, atq; animal propè certo tempore fudit
Omne, quod in magnis bacchatur montibus passim,
Aëriasq; simul volucres variantibus formis.
Sed quia finem aliquam pariendi debet habere,
Destitit ut mulier spatio defessa vetusto.

Vide & qvæ seqvuntur. Deinde in caussas inqvirit, qvæ numina Deorum per omnes omnino gentes pervulgarint, & aris urbes compleverint, tandem humanum genus infelix pronuncians. Idqve quod de Sole & Luna dictum, non Orphei tantum, Musæi, Hesiodi, Homeriq;, sed patriis etiam Fabellis Eddicis, ceterorumqve populorum, & notis simul *Hieroglyphicis* comprobatur; De qvibus etiam post alios Tirinus ad Val. Max. Adde notas variorum ad Justinum; ut simul cernatur ratio cur Majores etiam nostri suos dies mensesqve exactè congruere voluerint cum Solis Lunæqve ratione. Licet ex infinitis propemodum operationibus, infinita quoqve turba Deorum excreverit, ac *Deus pertinens per naturam cujusq; rei, per Terras Ceres, per Maria Neptunus, alii per alia* potuerint intelligi, teste Cicerone. Servius ad versum illum Virgilii:

Tirin. ad Val. Max. c. III. fin. Notæ variorũ ad Justin. lib. XXXVI. c. II.

Cic. lib. II. de Nat. Deor. p. m. 40. Serv. ad I. Georg.

Diiq; Deæq; omnes studium qvibus arva tueri:

Nomina, inqvit, *numinibus ex officiis imposita.* Verbi caussa: ut ab *occatione* Deus *occator* dicatur; *à sarritione* Deus *sarritor*; *à stercoratione sterqvilinus*; *à satione sator.* Qui tamen omnes semper pura, integra, incorrupta & mente & voce, quæ istorum erat Secta temporum,

ac

ac horrenda calamitas, invocari debebant. Ubi certò etiam sciri nomen alicujus Dei non posset, dicere veteres memini: *Qvisqvis es.* Virgilius: Cic. lib. 1. de Nat. Deor. var. loc. Virgil. lib. IV. Æneid.

- - - - - Sequimur te Sancte Deorum,
Quisquis es. - - - - - - - - - - -

Et Plautus: Plaut. Rud. I. IV. XXXVII.

Nunc quisqvis est DEus, veneror,
Ut nos ex hac ærumna miseras eximat,
Inopes, ærumnosas ut aliquo auxilio adjuvet.

Adhæc, Dii non in superos tantum, inferos, & medioxumos distingvebantur, sed in magnos etiam, minutos, & patellarios, qui patellis ritè colebantur; non pateris ut Lares & Penates; qvorum sacra profanis in patria nostra *Alfa blot* dicta. R. Olof Har. Saug. p. m. 84.

Iterum Plautus: Plaut. Cistell. II. I. XXXVI.

At ita me Dî Deæq;, superi atq; inferi & medioxumi.

Idem: Plaut. d. f. a. & f. vers. XLVI.

Dî me omnes magni minutiq; & patellarii
Faxint &c.

Dii Magni sunt XII. quos Cicero Deos majorum Gentium appellat, ab Ennio ejusmodi disticho inclusos.

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovi', Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Rursus idem Plautus: Plaut. Epid. v. I. IV.

Si undecim Deos præter se secum adducat Juppiter.

Pura, inquam, mente invocari debebant, puris etiam manibus, capite operto. Unde in alia Fabella: Amphit. v. I. XLI.

Invocat Deos immortalis, ut sibi auxilium ferant, manibus puris, capite operto.

Nimirum in adorandis Diis stantes capite operto, corpus dextroversum in orbem circumagebant, procumbebant etiam, dextramque ori admoventes, osculum

labris premebant, tum deinde ſedebant; notante ad
Briſſon. ad h. l. hunc locum Briſſonio. Quis tantam ob oculos caliginem maximis etiam viris obtigiſſe non miretur?

§. XXI. Cumque de Veſta Dea profanis ſanctiſſimæ religionis heic agamus, non ab re facturos nos arbitramur, ſi locum etiam ex Diodoro Siculo adducamus, quò nonnulla ſic expendantur ſcitu haud injucunda. Προσποιηθῆναι δ' αὐτῷ τὸν Ἑρμῆν δεδωκέναι τούτους, ὡς μεγάλων ἀγαθῶν αἰτίους ἐσομένους, καθάπερ παρ' Ἕλλησι ποιῆσαι φασὶν ἐν μὲν τῇ Κρήτῃ Μίνωα, παρὰ δὲ λακεδαιμονίοις Λυκοῦργον τὸν μὲν παρὰ Διὸς, τὸν δὲ παρ' Ἀπόλλωνος φήσαντας τούτους εἰληφέναι. καὶ παρ' ἑτέροις δὲ πλείοσιν ἔθνεσι παραδέδοται τοῦτο τὸ γένος τῆς ἐπινοίας ὑπάρξαι, καὶ πολλῶν ἀγαθῶν αἴτιον γενέσθαι τοῖς πεισθεῖσι. Παρὰ μὲν γὰρ τοῖς ἀριμασποῖς Ζαθραύστην ἱστοροῦσι τὸν ἀγαθὸν δαίμονα προσποιήσασθαι τοὺς νόμους αὐτῷ διδόναι, παρὰ δὲ τοῖς ὀνομαζομένοις Γέταις Ζάμολξιν ὡσαύτως τὴν κοινὴν Ἑστίαν παρὰ δὲ τοῖς ἰουδαίοις Μωσῆν τὸν Ἰαὼ ἐπικαλούμενον θεὸν εἴτε θαυμαστὴν καὶ θείαν ὅλως ἔννοιαν κρίναντας τὴν μέλλουσαν ὠφελήσειν ἀνθρώπων πλῆθος, εἴτε καὶ πρὸς τὴν ὑπεροχὴν καὶ δύναμιν τῶν εὑρεῖν λεγομένων τοὺς νόμους ἀποβλέψαντα τὸν ὄχλον, μᾶλλον ὑπακούσεσθαι διαλαβόντας. *Leges à Mercurio ſibi traditas* (de Mnevi Legiſlatore Ægyptiorum loquitur) *unde ingentia vitæ bona promanarent, ſimulavit. Quod apud Græcos, in Creta quidem Minos, apud Lacedæmonios Lycurgus factitavit: quorum iſte Jovi, hic Apollini ſuas vendicavit. Id commenti genus apud plures quoque alias gentes adhibitum, multorum cauſſam bonorum perſvaſis exſtitiſſe ferunt. Nam apud Ariſmaſpos Zathrauſtes Bonum Genium; apud Getas Zamolxis communem Veſtam: apud Judæos Moſes Deum qui IAO dicitur, legum auctorem ſuarum finxiſſe*

Diod. Βιβλ. α. haud ita longè à fine, p. 59.

Verſ. vulg.

finxisse perhibetur. Sive quod admirandum prorsus & divinum esse judicarent commentum illud quod in commodum societatis humanæ exiret: Sive quod vulgus ad Majestatem & potentiam illorum qui leges invenisse dicerentur, respectans, dicto magis audiens fore existimarent. Dicitur hoc loco Zamolxis apud Getas communem Vestam legum auctorem suarum finxisse, non secus ac Moses numen Dei τὸ Ἰευὼ prætulerit. Legitur autem hoc nomen Dei modis apud Scriptores diversis. Neqve verò Ἰαὼ tantum reperitur & Ἰευὼ, sed Ἰαοῦ quoqve, Ἰαβὲ, atq; Ἰαβαί. Sunt etiam qvi JAHVO scribendum existimarunt: Sunt item qvi *Jihveh*: Sunt adeo, qvi *Jeheve* & *Jehve*. Est qvi *Jeve* rectius omninò legendum contenderit. Neq; item non sunt qvi *Jehovah* ceteris omnibus prætulerunt. Unde in eruenda vera hujus vocis יהוה pronunciatione, in præsentem usqve diem frustra sudatum esse qveritur vir de literis longè meritissimus Sixtinus. Ego verò in tanto scriptorum eruditissimorum dissensu veterum auctoritatem minus esse contemnendam dixerim, judicio tamen summè Nobilis viri Isaaci Vossii simul acqviescens, qvi peregregiè docet, id *omnem superare barbariem*, qvod literæ ע ה א qvæ olim erant A, E, O, hodierno die consonantibus ab *Rabbinis* adnumerentur. Adde Marsilium Ficinum, cujus etiam verba hunc in modum perscripta leguntur multum lucis Diodoro fœnerantia. *Omnes illustres conditores legum, inventionem legum in Deum, sed per diversa nomina retulerunt. Zoroaster Bactrianis Persisq; leges tradens, in Horomasin: Trismegistus Ægyptiis, in Mercurium: Moyses Judæis rectissime*

Drus. Tetr. c. XI.
Bejer. addit. ad Seld. de Diis Syr. p. 268.
Full. Miscell. IV. XIV. p. 512.
Oliv. Mith. Hebr. c. VIII. p. 37.

Sixt. ab Am. in Ant. Bibl.

Voss. de Sib. Orac. c. XIV. p. 133. & seq.

Marsil. Fic. Arg. in Min. Plat. in fin.

in Patrem totius naturæ Deum. Minos Cretensibus, in Jovem: Charondas Carthaginensibus, in Saturnum: Lycurgus Lacedæmoniis, in Apollinem: Draco & Solon Atheniensibus, in Minervam: Pompilius Romanis, in Ægeriam: Mahometus Arabibus, in Gabrielem: Zamolxis Scythis, in Vestam: Plato noster Magnesiis & Siculis in Jovem & Apollinem. Ad hæc perpulcrè cum his Diodori convenit, qvod est ante notatum de specu subterraneo, in qvem semet immiserat Samolses componendæ legis gratia. Convenit quod Lucanus canit, cujus versus ex Qvinto hic est:

Luc. de bell. Civil. lib. v. p. m. 123.

- - - - - Cum regna Themis, tripodasq; teneret.

Convenit & quod de sanctissima Deûm matre Idæa jam dudum diximus; & qvod Diodorus idem post mentionem Abaris hinc susceptæ in Græciam profectionis, pristinæqvæ cum Deliis Hyperboreorum renovatæ necessitudinis, dilucidè Idæo Apollini cultum præ Diis aliis eximia religione dicatum observat: τὸν Ἀπόλλωνα μάλιϛα τ͂ ἄλλων θεῶν παῤ αὐτοῖς τιμᾶσθαι; & Πάλον atque Νάπλω, diviso inter se regno nomina duobus inde populis dedisse. Qvodqve de vario in Græciam itinere directo, monumenta præter alia, lapidum simul antiqvissimæ in patria nostra inscriptiones etiam hodie testantur. Scilicet ad Apollinem & Jovem, Idæamqve matrem legum initia Gothicarum à veteribus relata, indeqve cum exteris, ut alia qvoqve Sacra, sicut in præcedentibus ostensum, communicata. Unde in conventu huic Deæ Sacro, eoqve longè maxumo ex omnibus universi imperii terris atqve regionibus leges à Zamolxi collectæ ritè fuerunt promulgatæ. Unde etiam à tribus hisce maximæ dignationis

Diod. Sic. Βιβλ. β. p. m. 91.

Id. p. m. 89.

Er. Vpf. Hist. lib. 1. p. m. 2, 3. & seq.

tionis Diis, tripos antiqvi Apollinis. Qvippe manentibus jam tum profanis ritibus, Juris erat receptissimi, ut in his ipsis comitiis Sacris operarentur, Deosqve dictos ac sigillatim magnam hanc Deam donariis sanctè colerent in plures dies lætitia religionis extensa: Justitutis simul comessationibus, certaminibus ac ludis; deinde etiam auspicatis de publicis negotiis consultationibus atqve judiciis; tandemqve commerciis, stato in idem hoc tempus mercatu. Non igitur ab re Atheniensis hospes apud Platonem memorat, ejusmodi convivia publica, exercitiaqve ad bellum ab Diis, Jove scilicet & Apolline orta, legibusqve esse comprehensa; ubi etiam leges qvas antiqvissimi qviqve latores promulgarant Jovis & Apollinis audiunt. Qvid? qvod apud Ciceronem evidenter exstat; Arcades eam ob caussam Apollinem appellasse *Nominoëm*. Sic enim ibi legendum, non *Nomionem*, aut Νόμιον. *Nominnur* autem est à *nà*, qvod est *pertingere*, *percipere*, *intelligere*, unde **nama/ nåma** & **nimuna/** qvæ qvoqve eadem censentur significatione. Hinc etiam *No* sive *Noatuna*, *sapientiæ domicilium*, *sedes Deorum*, & inprimis qvidem *Niordi*. Qvod nomen hodieqve servat prædium *Nontuna* propè Upsalas. *Nominnur* ergo *Nominos* latinè dicitur *Sapientipotens*, ut apud Ennium est. Ab supra laudato verbo *Namen* etiam Latinis *Nomen* dicitur, quod à *nosco*, *novi*, *notum*, *novimen*, & *inde nomen*: *Sicut à moveo*, *movi*, *motum*, *movimen*, *est momen*, probante Scaligero. Nomen enim est imago quædam, qua quid noscitur; instrumentum qvasi quoddã intelligentiæ, sive docendi discernendique, uti pluribus verbis differit Plato.

Joh. Magn. Hist. lib. I. c. IX. Ol. Magn. Hist. Gent. Sept. lib. III. c. III. Messen. Sveopentap. c. IV. Petr. V. f. Chron. lib. I. c. VI. p.m. 3. & 4. His accedit auctoritas Cranzij, laudante quoque Messenio cap. sup. cit.

Adami Bremensis de Sit. Dan. & reliq. Sept. Reg. n. XCI. & sequentibus. Scholiast. ad h. l. & cujus non veterum.

Plat. Dial. I. De legibus, haud ita longè à principio.

Cic. lib. III. De N. D. p.m. 71.

Scal. de causs. l. l. lib. IV. c. LXXVI.

Plat. in Cratyl. s. de recta nominum ratione, p. m. 310. non longe ab initio libri. itēque p. m. 332. haud ita procul à fin: iterum Scal. d. l. Plat. in Minoë, p. m. 52. Plutarch. lib. Maxime cum principibus viris Philosopho esse disputandum; non ita longe à princ.

Stuk. lib. I. Antiq. Convir. c. xxx.

Tacit. lib. de Mor. Germ. c. xxII.

Val. Max. lib. I. c. II. Extr. n. I.

Plato. *Nosco*, etiam á *Noo*. Νοέω Græcis est *cogito, intelligo*, Νόησις, *intelligentia*, Νόος, νῦς, *mens*. Nec simul prætereundum, *Minoa* referri veteribus ad Jovem & unoquoq; & nono quovis anno intromissum non ad conferendos tantum sermones sed etiam comessatum. Unde quoque Homero Minos Jovis ὀαριστὴς dicitur. Vide Platonem & Plutarchum. Qvibus qvidem ita observatis, multum Diodoro lucis accesserit. Qvæ tamen inter pocula fiebant de Rep. consultationes, non attendebantur, nisi sub examen certo die locoq; revocatæ comprobarentur. Plena exemplorum vetustas. Vide potissimum Acta in *Upsala* Þing/ Rege Olao Skaut Konung/ ubi pluscula scitu non indigna cernuntur. Nisi qvod negotiis decretisqve firmandis pocula sint adhiberi solita. Qvod non Majoribus tantum nostris, præter ea qvæ hodieqve fiunt, sed Græcis quoqve, Thracibus, Ægyptiis, Persis, aliisqve in usu fuisse eruditissimè monstrat Gulhielmus Stukius. Et sic, ut dixi, intelligendus erit Tacitus, licet cetera pleraqve ubi qvæ maximè conveniant. Celebratum ita Judicium universale, in quo qvam accuratissimè esset deliberandum, an aliqva in legibus mutatio foret necessaria; Itemqve si qva dissensio leges inter aut populos variis super negotiis enata fuisset, eadem hoc quoqve tempore sopiretur jure legitimè terminanda. De *Minois unoquoq; anno in quoddam praealtum & vetusta religione consecratum specus secessione*, ut tanqvam á Jove traditas sibi leges perrogaret, elegans est locus Valerii Maximi. Longe tamen lateque per orbem propagato Sveonum imperio non nisi nono quoque anno Regibus & populis omnibus fuit conveniendum

in

in *Alzheriar* þing/ quod commune totius Sveoniæ concilium latine dixeris. Unde quod tertrinos annos Jovis auditor, uti supra commemini, Minos fuisse dicatur. Præclarè etiam Strabo. Καὶ ὁ Μίνως παρὰ τοῖς Κρῆσιν Ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστὴς δι᾽ ἐννέα ἐτῶν ὥς φησὶ Πλάτων ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ ἄντρον τοῦ Διὸς, καὶ παρ᾽ ἐκείνου τὰ προστάγματα λαμβάνων, καὶ παρακομίζων εἰς τοὺς ἀνθρώπους. Ex versione Xylandri: *quin & terternos Jovis auditor Minos fuit annos, id est, per novennium, ut Plato dicit, in Jovis antrum descendit, & ab illo præcepta accepit, quæ ad homines adferret.* Malè, *per novennium,* interpres pro *nono quoq; anno,* velut etiam Casaubono hic observatum. Dicit autem hoc Plato, Dial. sive libro I. De legibus, s. de legum latione: ubi quoqve ut Atheniensis hospes sic ex Homero loqvens inducitur. Adde librum Platonis de lege, qvi *Minos* inscribitur. Ecce etiam Adamum Bremensem: *solet quoq; post novem annos, communis omnium Sveoniæ provinciarum solennitas celebrari. Ad qvam videlicet solennitatem nulli præstatur immunitas. Reges & populi omnes, & singuli sua dona ad Ubsalam transmittunt, & quod omni pœna crudelius est, illi qvi jam induerunt Christianitatem, ab illis se ceremoniis redimunt.* Hinc & σχόλιον profana jam tum superstitione in Sveonia vigente conscriptum sic habet: *Novem diebus commessationes, & ejusmodi sacrificia celebrantur: una quaq; die offerunt hominem unum cum cæteris animantibus, ita ut per novem dies LXXII fiant, quæ offeruntur animalia.* Gemina profert Ericus Upsalensis: *præter hæc,* inqvit, *instituta fuerat quædam sollennitas generalis, de novennio in novennium exactissimè celebranda, ad qvam omnis multitudo omnium provinciarum Gothicæ*

Olafs Sagu. c. LXIX. & CIX. Strab. Geog. lib. XVI.

Vers. Xyland.

Observat. Casaub.

Plat. Dial. I. in princ. de legibus.

Min. p. m. 52.

Adã Bremens. de sit. Dan. & rel. Sept. reg. c. CCXXXIV.

Schol. ad Ad. Brem.

Eric. Upsal. Hist. Svec. Goth. lib. I. p. 8.

nationis venire, & donaria tenebatur offerre; qvando & viva offerebantur sacrificia de hominibus & brutis, qvorum sangvine Deos placabant; corpora verò in luco qvodam proximo suspendebant, putantes arbores ipsas ex morte immolatorum divas & sacras, qvibus idcirco plurimum deferebant. Consimilis procedendi ratio in cultu Dianæ ad Græcos, aliosqve populos dimanavit, velut evidenter cognoscitur si locus eximius Dion: Halicarnassei cum iis qvæ jam perspecta sunt conferatur. Qvibus autem de caussis qvis ad hoc consilium Regum & populorum non sit admissus, in antiqvissimæ vetustatis legibus, atqve etiam θεογον. Hesiodi ostenditur. Dixi Majores nostros legum quoqve initia ad Jovem rejecisse. Cui etiam sententiæ Jornandes adstipulatur. *Nam & Zeutam*, inqvit, *prius habuerunt eruditum, post etiam Diceneum, medium Samolxen, de quo superius diximus.* Namq; ita legendum Mss. codicibus, particulisq; præcedentibus *prius* & *post* convenienter. Qvippe à mala manu lectio est vulgata, perpetuis damnanda tenebris; præter quod à fide historiæ qvam maximè abhorreat.

Dion. Halic. A. R. lib. IV. c. XXX.

Leges Antiqviss. θεογον. Hesiod. Vers. Dec. & seq.

Jornand. d. l. c. V.

§. XXII. Sed qvî qvæso fit, qvod Zentæ cujusdam Johannes & Olaus Magni meminerunt, qvos una cum aliis securum cernimus Cl. Ludenium. Fateor, id culpa factum exscriptorum quod in Johanne & Olao legatur *Zentas*, qvi multa quoqve alia peccantes, in hoc nomine turpissimè sunt lapsi: Atqve etiam Ludenius eadem librariorum incuria deceptus videtur. Qvicqvid ipsis fiat, veterum hic est concentus, appellatum esse *Zeutam*, non *Zentam*. Qvi alias *þeus*, *þius*, sive *þis* (unde & Græcis Δὶς) Getico þ scribitur

Ludcn. in Prog. edit. Anno M. DC. LI.

ſcribitur, quod ſonat latinorum Dh, vel rectius THS, monſtrante Bureo, & non incommodè à Græcis in Z convertitur, qvemadmodum etiam his Z & Θ literæ ſunt permutabiles, ut apud orientis populos ט & צ: cum *Thet* reddatur per th aſpiratum, non ſecus ac Θ Græcorum, cui in omnibus cenſetur æqvivalens, & *Tſade* valeat ts. Hinc qvi *Þeus*, *Þius* Gothis, commodius nominatur ΖΕΥΣ Græcis. Certè Θ Dores vel maximè ac Lacones, teſte Clariſſimo Montano aliiſq; mutarunt in Σ, pro ΘΕΟϹ dicentes ΣΕΟϹ. Qvin & iidem vocabulum ΘΕΥΘ per Ζεὺς & Δεὺς expreſſerunt, unde idcirco Latinorum Cl. Montano, ceterisqve *DEus*. Sed vera, uti nunc monſtravimus, eorum vocabulorum omnium origo à *Þeus*, *Þius* ſive *Þis* Gothorum educitur. Et ſic à Ζεὺς Jornandi atqve aliis eſt *Zeutas*. Idem hoc veteres membranæ confirmant: **Þius är af Girkium ſkrifwat** *Zeus*. **Þius** *à Græcis ſcriptum reperitur* Ζεὺς. Scythis etiam παπαῖος, i. e. *altor* dicitur, ſi rationem originis Gothicæ ſpectes. Πάππας enim Græcis, *Pappas* Latinis à Getico *Pappa*, qvod eſt nutrire, itemqve ſugere, non ſecus ac **Dy/ Dya/** unde **Dijke** foſſa pro elicienda aqva ex agro aut prato. Inde Latinum *Pappare*.

Bur. Runog. parv. edit. poſt. p. 1.

Oliv. Meth. Heb. c. 1. & VIII.

Vid. Mont. ad Jul. Cæſ. de bell. Gall. lib. VI. p. m. 232.

Veter. Membr. Mſſ.

Herod. d. c. lib. IV.

Juvenalis:

Mordeat ante aliqvis, qvicqvid porrexerit illa
Quæ peperit, timidus prægustet pocula pappas.

Juven. Sat. VI. p. m. 70. v. 14.

Perſius:

- - - - - - Pappare minutum
Poſcis, & iratus mammæ lallare recuſas.

Perſ. Sat. III. p. 167. v. 1.

Ubi quoqve *lallare* ab *lalla* Getico vocabulo, haud diverſo ab illo Latino ſenſu reperitur. Qvin & Plautus verbo *pappare* in Epidico utitur: *Novo*

Plaut. Epid. V. II. 62.

Novo liberto opus est qvod pappet.

Varr. ap. Non.

Ubi *pappare* pro *edere* ſumitur. Hinc & Varro apud Nonium *Pappas* ait a pueris vocitari cibos. Ex eadem eſt origine *papilla* mammæ capitulum nobis hodierno die *pap* ſ. *papp*. Inde etiam Πάππος Gr. *Pappus* eſt Latinorum, pro avo & progenitore Majorum, uti Nepoti dicitur. Auſonius:

Nep. Agef. c. VII.

- - - - - *Pappos; aviaſq; trementes*

Anteferunt patribus ſeri nova cura nepotes.

Cic. lib. II. de N.D.p. m. 26. Id.lib.De Vniverſ. p. 202. Edd.Myth.VII. Cic.deUniverſ. p. m. 195. Cic. de N. D. lib.III.p.m.70

Deus ergo Παππαῖος dicitur, pater Ennio *Divûmq; hominumq;*, qvi omnia genuit. In Edda **allfadur**/ Parens hujus Univerſitatis. Nec multum inter ſe diſtant **þiug** Gothorum, & *Thiuth*, *Theuth*, ſive *Thoyth*, à quo eſt diſciplina Ægyptiorum adſtricta legibus; teſte Cicerone. Itemq; *Taaut* Phœnicum, in cujus κοσμογονίᾳ, *l. de rerum creatione* digna quæ diu multumqve conſideremus, reperiſſe traditur Σαγχωνιάθων. Quem quidem *Taaut* Τάαυτον ſi cum quibuſdam evolvas nomineſq; Moſen, ſubit indignatio cũ miſeratione, ab hoc Sanchoniathone Philoſopho & Theologo, ut prædicatur, excellentiſſimo, maxima dici diligentia iiſdem exſcriptum, atque ita etiam tranſlatum, ut tamen nullum fermè vocabulum rectè expreſſum, nulla inde copia ſcientiæ, ſed ceterorum profanorum initiis conformia τρόπον τινα cuncta, denſiſſimiſque inſcitiæ tenebris involuta appareant; ipſumque illud factum Divinum & immortali laude decorandum exiſtimant. Congruenter his ſupra dictis convenienterque Marſilius Ficinus:

Marſi. Ficin. argum.inCrat. Plat.

Ægyptii, inquit, *quem nos Deum, Theut nominant: Perſæ, Syre: Magi, Orſi; unde Oromaſis: Hebræi illud qvatvor vocalium ineffabile nomen utcunque poſſunt expri-*

muns

munt per Adonai: *Græci, Theos*: *Arabes, Alla*: *Macomet, Abdi.*

§. XXIII. Oſtendi §. præcedente â Getico *Þius ſive Þis*, eſſe Græcorum Διϛ. Nec alunde Latinorum educitur *DI JOVIS*, quaſi *DEus Jovis*. Licet Gellius aliam proferat derivationem: Utpote cui *Jovis dies pater* appelletur, *diei & lucis pater*: *ſimilique nomine di Jovis & Lucetius*: *qvod nos die & luce quaſi vita ipſa afficeret, & juvaret.* Feſtus etjam: *Lucetium Jovem appellabant, qvod eum lucis eſſe auctorem credebant.* Gell. N. A. lib. V. c. XII.

§. XXIV. Idcirco verò ad utrumq; & Jovem & Apollinem antiquitas legum videtur auctoritatem retuliſſe, ut non Juſtitiæ tantum, ſed ſummæ quoque æquitatis laudibus Jura & Judicia toto orbe perſonarent. Non enim alius ex Diis ob æquitatem quam Apollo vetuſtati magis celebratus erat, ut ex iis quæ ſupra tradita ſunt conſpicitur. De æquitate quoque Jovis nota formula quam ſæpiſſime occurrens apud ſcriptores, cujus etiam meminit Horatius:

- - - - - - *Et Iove judicat æquo.* Horat. Epiſt. lib. II. Ep. I. Conf. Hygin. Fab. lib. c. CLXIV.

Hinc ut ad idem quoque æquitatis fundamentum in rebus omnibus cum effectu recurreretur, voluerunt etiam veteres, ut neque Iovis neque Apollinis heic arbitrio ſolo ſtaretur, niſi magna DEum matre ſolicitiſſime conſulta; Id quod laudato ſimul Valerii Maximi loco notari quam maxime meretur, per ſeceſſionem in ſpecum vetuſta religione cultum conſecratumque. Et Virgilius de Cerere: Virgil. lib. IV. Æneid.

- - - - *Mactant lectas de more bidentes*
Legiferæ Cereri, Phœboq; - - - - - -

Cererem quoqve Legiferam Δήμητραν θεσμοφόρον à priſcis Græcis appellatam Diodorus adfirmat, θεσμὸς enim Diod. Βιβλ. α. p. m. 9.

enim *lex est*: inde & θεσμοφορεῖον, *Cereris sacrum*: nec non θεσμοφόρια, *dies festi* in honorem Cereris. More adhæc sollemni, quo *Minoi* h. e. Lagman/ ab *Jove*, id est, *Rege*, qvotannis sic usu ferente Reipublicæ leges essent tradendæ, ac jus caussis in perplexis dicendum, nihil in antiqvis legibus & historiis occurrit freqventius. Qvo sanè ex facili cognoscitur, Jura circumspectissima sanctione esse promulganda, ut in utilitatem tendant hominum, ipsiusqve Orbis Salutem ac perennem conservationem. Parum a. proderit leges tulisse salutiferas, nisi secundum eas quoqve post exortæ lites decidantur, ut in omnibus servetur æqvitas, neqve tam hominum quam caussarum judices constituantur, ut apud quos gratia vel qvicunqve affectus alius vim æqvi non obtineat. Quamvis, proh dolor! plurimis in locis per Orbem eveniat (Id quod Aanacharsis olim prudenter cavendum suis ipsiqve adeò Soloni præceperat) ut videlicet *leges aranearum telis comparentur; atq; ut hæ infirmiora animalia retinent, valentiora transmittunt: Ita illis humiles & pauperes constringantur, divites ac præpotentes non alligentur.* Qvid est, qvæso, judicia corrumpere? Si hoc non est. Quo tum fine jura legesqve conduntur? Hic sanè delectus personarum sordibus scatens omnium teterrimis, ac Juris æqvabilem tollens rationem, qvam in Judiciis fideliter esse servandam monet quoqve Cicero in Epistola ad Qvintum fratrem, ultima Reip. pestis censetur. Præclarè Livius: *ceterum ita in ea* (lege) *firmum libertati fore præsidium, si nec caussis nec personis variet.* Hic, ut alias sæpissimè, persona pro qvalitate sumitur, qva homo ab homine differt. Sed ut & hoc obiter eadem occasione notem, pro *homine singulari, per-*

Plutarch. in Solon. p. m. 81.

Cic. Epist. lib. I. Ep. I. p. m. 293. & 296.

Liv. lib. III. c. XLV.

ſon, barbarè ex ſententia nonnullorum dici ægerrimè feret Cicero, qvi diligenter ac enodate vim vocis perſeqvitur. *Nomen*, inqvit, *eſt, qvod unicuiq; perſonæ datur, quo ſuo quæq; proprio & certo vocabulo appellatur.* Qvo eodem ſenſu in ſuis de inventione libris vocabulum illud perſæpè uſurpat. Ad rem redeo.

Cic. lib. 1. de invent. p. 79.

Reip. ergo ut benè ſit, neceſſe id agatur, id cogitetur, in eo laboretur, ut iſtæc malorum ſentina exhauriatur, & Judices hi ſceleratiſſimi debitas exſolvant pœnas. Cum alias in bonitate cauſſæ nihil omnino ſpei repoſitum habere cives poſſint, quin temerario eventu, alea fortunæ lubrica, hominumque ludibriis ingentibus, modo his ſpecioſus præferatur titulus, quaſi jure peragantur omnia. Foro certe ſic abſtinendum potius vir bonus arbitratur; licet nemo paratior, vigilantior, compoſitior poſt hominum memoriam fuerit; licet rationes ſint collatæ, boni viri aſſederint, ſubduxerint, ad nummum convenerit; licet res ſic ad liquidum perducta, ſimul aliis nitatur circumſtantiis ipſius conſcientiam adverſarii conciti ad rixam pulſantibus; quam ut majoribus damnis probriſque opportunus injuria temporum fiat, atque in ſeceſſu, quam in fronte Judicis, in tenebris cœnoque quo volvi cogitur, quam in foro felicior appareat. Rectiſſime Horatius;

Horat. II. Serm. Sat. II.

Male verum examinat omnis
Corruptus Judex :

Itemque Plautus :

Plaut. Amphit. Prolog. 36.

Juſta autem ab injuſtis petere, inſipientia 'ſt.

O miſeram conditionem ſub ejusmodi judice aut recuperatore, qvo nihil eſt perditius, agentium, vel ſe ſuaqve defendere conantium, & tantum non ſervitutem

tem in omnia obnoxiam! Pluma enim haud intereſt, vi aliqvis bonis ſuis exturbetur, an hujuſmodi ſit judicium, qvo ex callido verſutoqve jure qvocunqve modo dicta cauſſa fortunis evertatur neceſſe ſit. Eripiuntur ita bona qvæ venerunt a parentibus, venerunt a propinqvis, venerunt induſtria, venerunt fortuna, venerunt legibus. Nonnunqvam & minæ jactantur, incommoda narrantur, formidines opponuntur, ut Iuris dicta die his rebus miſer in anteceſſum victus, & abſterritus ante ſententiam ipſe cedat. Sic ara legum redditur profana, præſidiumqve juſtitiæ caſſum ac ineptum. Dat tamen tempore procedente uterqve malitiæ ſuæ pœnas: Iudex ſceleſtus nefariusqve, & adverſarius improbus ac litigioſus; in cujus impudentia ſui pudoris exiſtimationem amittere videtur qvi ſuam tueri cauſſam conatur.

§. XXV. Jam verò etiam totius Rei judiciariæ lineamenta ſolertiſſimè duxiſſe liquet antiquitatem, fingendo Jovem ſive Thorum noſtrum non malleo ſolum formidabilem, fragore cœli, tonitribuſque & fulminibus pavore cuncta complentibus, ſed Juſtitiæ ſimul laudibus inclutum. Qvippe cui ad rite celebrandum judicium tendenti tria erant flumina ſuperanda; ſcilicet Edd. Myth. XIV. *Kormt*, *Ormt* & *Kierlauger* twår. *Kormt* qvidem a *Kora*, qvo verum a falſo ſecerneretur: *Ormt* ab *ora*, ut controverſiæ ad rationem juris juſtitiæqve dijudicarentur: *Kierlauger* twår, bonitatis ſive clementiæ, quæ tamen vi genuina vocis aqvæ uno primum alveo continuæ, velut in duas ſeſe partes poſtea findentes cernerentur: Qvum uni ita eſſet profutura bonitas, ut alteri non noceret. Nec id utique mirum exiſtimabitur, hujuſcemodi

modi ſimulacris Majores noſtros rem omnium utiliſſimam publico ritè complexos, cum per fontium gelidas perennitates, liqvores perlucidos, fluminum riparumq; veſtitus viridiſſimos ſincerus in judiciis perpetuuſqve candor, veritatisqve & juſtitiæ robur invictum ac longè florentiſſimum innuatur, atqve hinc etiam per flumina juraſſe Deos, fabuloſa Poëtarum carmina demonſtrent. Undè & Ariſtoteles, ex eoq; Sabinus ad verſum Ovidii, *Per flumina juro*: Hanc eſſe ejuſce rei cauſſam docent, cur Poëtæ fingant hæc per aqvam inumbrari, ut cum ea ſit omnium prima & antiqviſſima, ſignificetur nihil ducendum prius, nihil antiqvius & ſanctius religione Veritatis, Juſtitiæ & Juriſjurandi. Hinc qvoqve ad tres Sacros fontes, ſupremum judicium Regium Upſalenſe, tempore cultus falſorum & commenticiorum deorum celebratum. Rectiſſimè ergo Juſtinus: *In ſuperſtitionibus atq; cura Deorum præcipuè omnibus eſt veneratio.* Sic enim eſſe legendum eruditè docet Clariſſimus Gronovius rem ex Herodoto, Plinio, Tacito, Arnobio, & aliis Scriptoribus ſatis accuratè declarans. Qvo etiam nomine eruditiſſimo Grævio in notis ad hunc Juſtini locum, ut alias qvam ſæpiſſimè, laudatur.

Ariſtot. in Metaph. & Sabin. ad Verſ. Ovid. lib. I. Metam.

Juſtin. lib. XLI. c. III. Gronov. IV. Obſ. x. l Clariſſ. Græv. in notis ad d. Juſt. l.

§. XXV. Ergò ſi qua fides vetuſtati ſit, è Sveonia noſtra Deorum, & quod commodo lectoris fiat, ipſius adeo Apollinis natales, hinc & ſacra, ſacriſque congruentia inſtituta, ſimulque Tripos ejuſdem educantur neceſſe eſt. Cui inſidentem Majores fecerunt Regem quaſi imaginem Apollinis, ut membranæ legum vetuſtiſſimæ commonſtrant, quas cum Cl. Rudbeckio aliiſque in majorem rei hujus evidentiam communicavi.

Ad Tripodem res celebrata divina. *Tripos* Getica Lingva *Tripus*, hodie *Trifot*, Græcis τρίπους, Æol τρίπος, Fastis ligneis, Runestafwar appellant, ab ultima antiquitate incisus, qvibus ad Solis Lunæque motum, statæ temporum vices in orbem recurrentium cum cura formatæ cernuntur. *Tripum*, inquit Fulgentius, *Apollini adjiciunt, quod Sol & præterita noverit, & præsentia cernat, & futura visurus sit. Tripum* ita dixit pro *tripodem*, ut *OEdipum*, *Polypum* alii, per analogiam, quamvis veterum auctoritate destituatur.

Fulg Myth. lib. I. c. XVI. in princ. Capell. lib. VIII.

Tripus trini cursus præsagia pollicetur.

Sed & veteres τὴν τριάδα dignati cernuntur titulo JUSTITIÆ, teste Plutarcho. Undè verò Græcis Ἀπόλλων & πύθιος dictus sit, pluribus verbis perseqvitur Macrobius & Fulgentius. Sed Apollo vocabulum est origine *Geticum*, cujus vis & interpretatio, per dudum dicta, Deū aperit præpotentem, qui nobis *Aballur*, *Apullur*, literis *B* & P vices permutantibus : sicut in *Ban* & *Pan* supra pluribus verbis ostensum. Ut nec ita mirum censendum existimes, unde potissimum dictus fuerit, ne Græcis quidem satis constitisse, *tot de eo febriculosa* ad nauseam usqne *somniantibus*. Neque eos multo saniores dixeris in eruendo Neptuni tridente. Qvippe hoc quoqve sceptrum referre ΤΡΙΑΔΑ ex antecedentibus satis existimo patere. Qva de causa in *Edda* Deus ille Thridi dicitur, cujus numen nomenq; sibi vindicavit Odinus, magica illusione sese Trinum & Unum, Haar/ Jafnhaar/ Thridi/ Regi *Gylfeni* ostentans, obiter etiam infecto, quacunque commeaverat, orbe. Qvod quidem longissime cernitur ab imperitorum intelligentia sensuque disjunctum.

Plutarch. de Isid. & Osirid. p. m. 381. Macrob. sæp. cit. lib. c. XVII. Fulgent. d. l. c. XI.

Horn. in not. ad Nepot. Milt. c. I. n. 7.

Edd. Myth. II.

CAP.

CAP. VI.

Summarium.

§. I.

SIcut plures numerantur Joves, Apollines, Vulcani, Mercurii, Æsculapii, Dianæ, Veneres, Minervæ, Cupidines, Dionysi, alii: ita qvoque Samolses antiqvior & recentior; non secus ac Odini, Thorones, Friggæ, & ex cetera Deorum turba plures in patria nostra. §. *II. Samolses recentior nomen & numen illius prisci invasit. Illustre testimonium Strabonis, itemq; Eddæ.* §. *III. Unde non paucis scriptoribus dubitatum, utrum homo an Deus fuerit Zamolxis. Præceptor ejus Pythagoras Hyperboreis sacris initiatus Apollo etiam dictus Hyperboreus: Cujus discipulos Dei voces appellarunt.* §. *IV. Pythagoras magicis susurris celebris; velut ceteri quoque Philosophi excellentes.* §. *V. Multa tamen malefica superstitioni ab imperitis tributa quæ naturaliter fieri possunt.* §. *VI. Scitis Hyperboreorum convenienter* IV *animantium ratione præditorum genera decantata* §. *VII. Pythagoras an animas in immortalitatem primus adseruerit: de qva pluribus agitur capite proximo ultimo, itemque extremo.*

§. I

CUm ex ante deductis idem sit Apollo sive *Baldur* qui Zamolxis; quæri, ne multa hîc confundantur, congruenter rei convenienterque potest, quid Pythagoræ tandem servo, indeque liberto fiat, qui & ipse, aliis super alios testibus, ut monstrant præcedentia, Ζάμολξις appellatus. Scilicet non nesciendum, complures alios

unius ejusdemque nominis in priscis literarum monumentis sæpe clebrari. Plures ita Joves, Apollines, Vulcani, Mercurii, Æsculapii, Hercules, Dianæ, Veneres, Minervæ, Cupidines, Dionysi, aliique Ciceroni & aliis recensentur. Sic Odini, Thorones, Friggæ, & ex cetera Deorum turba plures in Historiis annalibusque patriis occurrunt. Vide Cl. Verelium, apud quem quoque literæ Nobilissimi Stiernhielmii legi planè merentur: nec non Clariss. Celsium.

Cic. de N. D. lib. III. p. m. 70. & seq. Diod. Sic. Bιβ. α. Ver. ad Gautr. Saug. p. XL. ad Hervar. Sag. c. I. Lit. Stiernhielm. Cels. Comp. Eccles. p. 1. c. VI.

§. II. Addo, præter alia, magicas etiam superstitiones quibus hic inclutus certè fuerit; ut mirandum planè non ducatur, ipsum illum vim & Majestatem prioris, Dei ita, qni error fuit profanorum, crediti, callide sibi vindicasse. Idque verbis disertis præter alios testatur Strabo. Non secus ac Edda in Gylfaginning loquitur: Æsirnir gafo ser þessi nofn Asanna: at þa er langar Stundir lidi efaditzt men ecki at allir veri einir, þir Æsir er hu er fra sagt, og þessir Æsir er nu voru; hoc est: *nomina ista Deorum sibi sumserunt Asiani; ut ævo longiore præterlapso, homines non dubitarent, quin iidem fuerint omnes, nimirum & illi quorum res gestas jam antè acceperant, & hi qui nunc visebantur.* Addantur verba Præfationis Eddæ: Oc tha gaff han sier oc sinum Mannum theira gamlu Troiumanna nafn. Et tunc sibi suisque veterum nomina Deorum adrogavit.

Strab. d. m. l. & p. l. 7. Edd. in Gylfaginning.

Præf. Edd. Genuin.

§. III. Hinc sane factum, ut nonnullis in dubio sit relictum, homo ne an Deus fuerit Zamolxis. Qvid? quod Pythagoram Præceptorem ejus Hyperboreis sacris initiatum, & Pythagoram nominatum, quod vera non minus quam Pythius proferret auctore Laërtio ex Aristip-

Laër. lib. VIII. de vit. Philos. in Pythag. Aristip. Cyren. lib. de Physiol. cit. Laërt.

Ariſtippo Cyrenæo, ſupradicta immortalitate ſeſe ja-ctaſſe, ſcriptores etiam confirment, ex eaque cauſſa ut Apollinem ἐξ Ὑπερβορέων à diſcipulis exiſtimatum. Videatur idem Laërtius, & Malchus. Quin & hic aperte vulgoque ab omnibus quod uno ac eodem tempore pluribus in locis viſus ſit, Apollo dictus eſt Hyperboreus, monſtrante Æliano & Jamblicho. Adde Porphyrium, & Lucianum: Ubi Menippus ita Pythagoram ſalutans inducitur: χαῖρε, ὦ Εὔφορβε, ἢ Ἄπολλων, ἢ ὅ τι ἂν ἐθέλεις: *Salve O Euphorbe, aut Apollo, aut qviſqvis eſſe malis.* Unde & diſcipulos ejus παντοίας θεῦ φωνάς, *multiplices Dei* (Apollinis) *voces* appellarunt, ut laudatus habet Laërtius.

Laërt. d. l. & Malch. in vit. Pythag.

Ælian. Hiſt. var. lib. II. c. XXVI. lib. IV. c. XVII. Jambl. de vit. Pythag. c. XXVIII. Porph. in vit. Pyth. Lucian. in Dial. mort.

§. IV. Sed qvid? Pythagoras de quo nunc actum, nonne magicis qvoqve portentis factus videtur celebris? Certè ex Timone Laërtius magicæ artis peritia inclutum fuiſſe Pythagoram memorat. Nec verborum pigeat Plutarchi, Luciani, Plinii. Ubi Platonis, aliorumqve ſimul Philoſophorum excellentium mentio habetur, qui magicæ qvoqve artis perdiſcendæ gratia, exilia verius qvam peregrinationes ſuſcepiſſe leguntur. Sunt & hæc Plinii: *Magica ars in tantum faſtigii adolevit,* ut *hodieq; etiam in magna parte Gentium prævaleat.* Nec non ſeqventia: *Britannia hodieq; eam attonite celebrat &c.*

Laërt. cit. lib. Tim. in Sill. Laërt. d. l. VIII. Plutarch. in Num. Lucian. in vit. auct. Plin. lib. XXIV. c. XVII. & lib. XXX. c. I. non ita longe à princ. itemque circa fin.

§. V. Quamvis hic negare non ſuſtineam, multa qvæ maleficæ ſuperſtitioni & ſuſurris Magicis ab imperitis attribuuntur, naturaliter fieri poſſe. Unde & Franciſcus *Bac. de Verulam.* inter alia ingenioſiſſimè refert: Ignes æneis tormentis emicantes, atqve fragores horrendos, veteribus Macedonibus jam diu

Franciſc. B. de Verulam. de viciſſitud. Rerũ ſerm. LVI.

hærentibus tandem habitos & appellatos esse magicos. Verba ejus ita se habent: *Pro certo est, Tormenta anea apud Urbem Oxydracarum in India, tempore Alexandri Magni cognita fuisse, eaq; à Macedonibus Tonitrua & Fulgura,* & *operationes Magicas, habita & appellata. Similiter indubitatum est, usum pulveris pyrii, & Tormentorum igneorum, Chinensibus ante annos bis mille innotuisse.* Qvin & illustre satis exemplum memoria recentiorum temporum suppeditat in Rogerio Bacone,qvi de sortilegiis sæpissimè postulatus cernitur, qvod arcana, & qvæ à natura involuta videntur rimari, aliisqve ignorata investigare in deliciis habuerit; Qvem idcirco laude cumulatum Naudæus; Itemqve Spondanus in annalibus ad annum Christi CIↃ. CC. LXXIIX: nec non acumine singulari Celeberrimus Borrichius in *Dissertatione de ortu & progressu Chemiæ* defendunt.

Naud. op. pecul. Spond. ad A.C. CIↃ.CC. LXXIIX. Borrich. Differ. de Ort. & progr. Chem.

§. VI. Dixi Pythagoram Hyperboreis initiatum sacris. Qvin & Abarin convivio excepisse, ejusqve sagittam qva facta erat gubernatio abstulisse, præter alios idem refert Jamblichus. Hinc qvoqve Scitis Hyperboreorum convenienter IV animantium ratione præditorum genera eidem decantata; Nimirum Deorum, Larium sive Dæmonum, Heroum, atqve Hominum. Qvibus sanè omnibus in historiis vetustioribus nihil ferè freqventins. Qvam utiqve Pythagoræ opinionem ceteri inde Philosopi sunt secuti, eorumq;, ut omnibus ferè censentur, Principes Plato & Aristoteles. Vide sis Laërtium, & Augustinum. Sic Hesiodo δεύτεροι δαίμονες, qvi Senecæ vocantur inferioris notæ: aliis de plebe Dii. Vide qvoqve tradita Platoni, Diodoro Siculo περὶ τῶν ἐπιφανεστάτων ἡρώων τε καὶ ἡμιθέων, Plutarcho

Jambl. cap. sup. cit.

Laërt. d. l. VIII. August. de c. D. lib. VIII. c. XV.

cho post Θεοὺς ex Hesiodo, *δαίμονας, ἥρωας καὶ ἀνθρώπους* ordine sic collocanti, & Apulejo. Adhæc memoratu digna censentur, qvæ de malis etiam geniis commeminit Plutarchus, nec ipse tantum, sed multo ante Empedocles qvoqve: qvin & Plato, Xenocrates, Chrysippus, Democritus, alii.

§. VII. Pythagoras etiam animas in immortalitatem primus adseruisse creditur. Qvæ tamen ipsa sic à veteribus tradita hunc in modum accipit Cicero, *ut Pherecides Syrus primus dixerit animos hominum esse sempiternos; hanc opinionem discipulus ejus Pythagoras maximè confirmaverit.* Adde Diodorum. Notissima porro multorumqve consensu Scriptorum firmata est historia; Pythagoram prædicasse se ad Trojam Euphorbum Panthoi filium fuisse, occisumqve à Menelao iterum revixisse, & factum Pythagoram se cognovisse, clypeo qvem Euphorbus habuerat agnito. Vide Laërtium, A. Gellium, & Lactantium Placidum præter alios plures qvi hoc, qvalecunque est, posteris reliquerunt. Animi supra dicuntur sempiterni, qui eodem etjam sensu laudato jam Ciceroni appellantur immortales. Ubi simul verba quædam ex Politia Platonis latinè exprimuntur de tribus omnino partibus animi, quarum illa tertia, reliquis demum duabus temerariis compressis, mentis & rationis particeps eluceat. Qvidqud est, Lucretius quoque partes animæ, uti video visum etjam esse nonnullis aliis, distingvit: quamvis multa in libris ejusdem perturbata, confusa & falsa cernantur; sicuti dum canitur:

Qvod si immortalis nostra foret mens,
Non tam se moriens dissolvi conqvereretur;

Sed

Hesiod. ἐν ἔργ. καὶ ἡμ.
Sen. Ep. cx.
Plat. in Symp.
Diod. sic. BIBA. βιβλ. πτωρ. non ita longe à princ.
Plutarch. de Isid. & Osir. p. m. 360. & seq. & de Orac. defectu, p. m. 415.
Apul. de Deo Socr.
Plutarch. de Def. Orac. p. 419.
Cic. I. Tuscul.
Diod. Βιβλ. ε. p. m. 212.
Laërt. d. l. VIII.
Gell. N. A. lib. IV. c. XI.
Placid. Fab. lib. XV. F. III.
Cic. lib. I. de divin. p. 93. & seq.
Lucret. de R. N. lib. III. & IV.

lib. III. p. m. 116.

Sed magis ire foras, vestemq; relinqvere, ut anguis,
Gauderet, prælonga Senex aut cornua Cervus:

Præter alia longè plurima, qvæ de natura animi atqve animæ ibi ex opinione minutorum Philosophorum, animam esse hominis mortalem adfirmantium, differuntur, qvibus nihil dici potest obtusius. Ex illis autem cunctis qvæ de Pythagora retulimus, similibusqve aliis tanta ejus admiratio fuerat, ut ex ipsius domo teste Justino templum fecerint, eumqve pro Deo coluerint. Cereris autem hoc vocatum delubrum, auctoritate veterum ad hunc locum refert Clariss. Berneccerus. Sed de animæ humanæ immortalitate pluribus agetur in sequentibus.

Justin. lib. XX. c. IV.

Bernecc. ad h. l.

CAP. VII.

Summarium.

§. I.

Varia Zamolxis nomina jam dudum & enumeravi & explicavi: sequitur, cum sic commodum videatur, ut qua de caussa Γεβελέïζιν *dixerint, paucis etiam commonstrem. Duro sonitu delectati olim Sveones.* §. *II. Sic etiam Germani. Tacitus laudatur.* §. *III. Qvis olim status existimatus sit ad* Gebeleizin *tendentium. Locus è* Wolulpa *huc pertinens verbis ejusdem subsignatur.* §. *IV. Nonnulli alii legendum hîc falsò referunt* Geblietzen; *licet Jupiter dicatur tonans, fulgurans, altitonans,* Βροντᾶος Ζεὺς, καὶ τερπικέραυνος, *fulmine gaudens.*

§. I. Varia

§. I.

VAria nomina, qvibus à veteribus insignitus sit Ζάμολξις Deus, ostendi; restat nunc commodùm etiam aperiam, qvàm potissimum ob caussam eundem vocarint Γεβλεΐζιν. Audiamus itaqve Herodotum: Ἀθανατίζουσι δὲ τόνδε τὸν τρόπον, οὔτε ἀποθνήσκειν ἑωϋτοὺς νομίζουσι ἰέναι δὲ τὸν ἀπολλύμενον παρὰ Ζάμολξιν. Οἱ δὲ αὐτέων τὸν αὐτὸν τοῦτον νομίζουσι Γεβελέϊζιν. *Immortales autem agunt hoc modo, mori se ipsos non existimant, sed defunctum tendere ad Zamolxin, qvem homines Gentis ejusdem opinantur eundem esse Gebelizin.* Ita namqve istæc reddenda sunt. Scilicet á Summo pariter, æqvissimoq; judice, requiem malorum, statum tranqvillum, & remotum à procellis invidiarum, **Liesa** *sive* **Lissa**, veramqve felicitatem, sublata omni fortunæ inconstantia, benè hac transacta vita ritè se consecuturos, certò habuerunt persvasum. *Gefeleisin* ergo Deum hunc, id est, reqvietis datorem, Gothi Gothica lingva nuncuparunt: Duro ac nescio qvomodo laxiore vocis sonitu delectati, subtilius in aures molliusqve influentem illum in plerisqve aversantes. Herod. lib. IV. c. XCIV.

§. II. Neque tamen idcirco temerè dixeris, nihil ipsos auris habuisse: qvum truces assiduè clamores in præliis tollendo, &

- - - *Feroces ore saxifico minas jactando,*

Crasso potius vastoqve verborum productorũ sono, qvã gracili, velut exsangvi svaviterq; modulis permulcenti, ad vitæ genus aptissimè assveverint. Unde & Tacitus: *Terrent enim, trepidantve prout sonuit acies. Nec tam vocis ille, qvam virtutis concentus videtur. Affectatur* Tacit. de mor. Germ. c. III.

præcipuè asperitas soni, & fractum murmur objectis ad os scutis, qvo plenior & gravior vox repercussu intumescat.

Herodot. lib. V. c. III. & IV. in fin. Cic. Orat. IV. in Cat I. Woluspa LVI. junct. LVIII.

§. III. De statu verò defunctorum ad Gebelizin tendentium videatur iterum Herodotus. Qvo sanè sensu mors, malorum & miseriarum quies rectissimè dici potest, censente Cicerone. Nec piis quies tantum placida calamitatum, sed verò felicitatis æternum duraturæ initium. Ad rem apprime *Woluspa*:

- - - - - Balldur mun Komma/
Bua their Haudur og Balldur/ hropts/ sigtoptir/
Wel walltiwar w:ted their enn eda hwad.
Sal sier hun standa Solu fegra/
Gulli thak tan a Gimle/
Thar skulu dyggtwar drotter byggia/
Og wm alldurs daga yndes niota.

Qvæ hunc in modum qvalemcunqve vertit Stephanus Olai Islandus:

- - - - - - Adveniet Baldrus,
Habitabunt Haudus & Baldrus, Hropti, Sigtopter
Asæ sine incommodis, intelligitis adhuc nonne?
Curia stat clarior sole,
Auro tecta in Gimle,
Illam probi populi colent
Per secla fruentes summo bono. Sic ergo

Lucret. de R. N. lib. III.

Apparet Divum numen, sedesq; quietæ:
qvas neq; concutiunt venti, nec nubila nimbis
aspergunt, neq; nix acri concreta pruina,
Cana cadens violat: semperq; innubilus æther
integit: & largè diffuso lumine ridet.

Joh. Magn. lib. I. Hist. c. XII. Ol. Magn. R. S. lib. III. c. VII.

§. IV. Qvæ cum ita sint, eorum neqveo sententiæ accedere, qvi non *Gebeleizin* sed Gebliezen legendum

gendum existiment, hoc est *Jovem tonantem*: qvando hujuscemodi lectio, non tantum Herodoto, sed manuscriptis etiam membranis omnibus, ipsiq; adeo evidentiæ rei, de qua inter omnes convenit, adversatur. Qvamvis Numina Jovis & Apollinis veteres nonnunqvam, ut jura coqvi, confuderint. Idqve alias satis, ut opinor, ostendere me memini. Ut in hoc argumento sileatur, nihil ferme freqventius occurrere, qvam ut Jupiter dicatur tonans, fulgurans, fulminans, altitonans, βροντᾶιος, Ζεὺς καὶ τερπικέραυνος fulmine gaudens.

Lit. Georg. Stiern. ad D. Locc. Locc. Antiquit. Sveo-Goth. lib. I. c. I. p. m. 7. Hom. ΙΛΙΑΔ. A. p. m. 26. v. 36. ΙΛ. B. p. 66. v. 8. p. 82. v. 16. & ΙΛΙΑΔ. Φ. p. 746. v. 30. & seq. Cic. de Divinat. lib. II. p. m. 117. Plin. N. H. lib. II. c. VII.

CAP. VIII.

Summarium.

§. I.

THeologia Zamolxis quæ? Locus ex Edda de beatitate in futura vita justorum, & malorum pœnis apud inferos exscribitur. §. II. Odinus creditus receptator prælijs & violenta morte interceptorum. Valhall: *ubi ad cyathos fuisse Parcæ ferebantur. §. III. Assensus cunctarum Gentium de Deo, qvod is scilicet creator mundi molitorq;, summa bonitate sua hoc opus totum atq; perfectum absolverit. §. IV. Mundum hunc igne interiturum esse* Eddica *profanorum monumenta docent. Applaudunt antiqvissimi qviq; Philosophi, inprimisq; Stoici. §. V. De felicitate post mortem proborum, & cruciatibus improborum concentus Poëtarum ferme omnium cujuscunq; Gentis. §. VI. Minois Sceptrum. Rhadamanthi & Æaci virga.* Staf, Stava, StavaStola. *§. VII. Radamanthus unde dictus? Unde Minos? Unde Æacus? Unde Triptolemus? Eadem forma judicii apud veteres Svionas &*

Getas, qvæ apud inferos servata à Poëtis fingitur: Idem consilium. Quale nusqvam in legibus aliarum Gentium sic expressum cernitur. Duo tantum gradus appellationis provocationisq́. Hi non ostentati inanibus literis, sed verè dati: Trivium, locus sollemnis Judicii. §. VIII. Vulcanii verba proferuntur una cum insigni loco Platonis.

§. I.

IN Edda sanè antiqvissima, *Theologia* cernitur Samolsis, & profanorum Sveoniæ civium vetustissimorum, felicitatem in futura vita justorum, & malorum contrariò in-

Edd. Myth. III. felicitatem apud inferos disertè exprimens. Han smijdadi Himen och Jord/ lofftet och alla eign theira/ och hit thad mest er/ han giorde mannen/ och gaf honom Ond tha er liffwa skillde och alldrey tijnast/ that lijkame fara till mulldar eda brenna till asku/ och skulu allir men liffwa their riet eru sidader oc wera med honom sielfum / thar sa heiter Gimle edur Wingulff/ enn Wonder menn fara till heliar/ oc thadan i Nifheim. DEus ipse cœlum, terram, & qvidquid iisdem continetur fecit, qvodqve vel maxumum est, hominem formavit, cui animam indidit immortalem, licet corpus caducum in pulverem, aut crematum in cinerem redigatur. Æternum verò cum eodem justi vivent in *Gimle* sive *Wingulff*. At injusti ad inferos detrudentur. De *Heli & Nifiheim* agit etiam fusius alio loco Edda; nec non de *Gimle*,

Mythol. XV. & XXVIII. ubi verba hæc notatione & laude longè dignissima cernuntur: a sunnanwerdum himens enda er sa salur

Mythol. d. XV. er allra er fegurstur/ oc Biartare en Solen er Gimle heiter/ han skall standa tha bade hessur farest

himmen

himmen oc iord/ oc byggia than stad göder men og Riettläter vm allar allder. *In australi cœli cardine curia visitur omnium pulcerrima & sole splendidior, Gimle vocant. Hæc permanebit igni cælo terraq; consumtis. Et ibi viri probi ac Justi semper habitabunt.* Nordur autem, ad septentrionem in Edda collocantur inferi. Vid. Vers. Magn. Ol. Myth. XLIX. &c.

§. I. ᚠᚢᚦ a. ᚦᛁᚼ Deus Odinus receptator creditus omnium,qvi in præliis ceciderunt. Sic n.Edda: þvi ad hans (Odins) oskasynir eru allir þeir er i val falla. Han skipar þeim valholl. *Filii ejus exoptatissimi sunt omnes, in præliis, & violenta morte decedentes: Suum cuiq; locum in Valhall assignat.* Filii, inquit, ejus exoptatissimi: unde qvoqve ᛒᛁᚱᚦᛁ ᚠᚢᚦᛁᚼ Sangvinarius est Deus dictus: qvod sangvinis qvasi insatiabilis semper fuerit. Itemq; Walfadur/Wingner/ Walhallarwisir/ cæsorum parens, receptator, manium princeps. Ad cyathos in *Valhall* esse fingebantur Parcæ. Iterum Edda: Sva heita þeir i Grimismalum er þiona i Valhaullu bera drick oc geta bordbunadar oc olgagna. Hrist oc Mist, vil ag ad mier horn beri. Skegold, skaugul, Hilldr oc þrudr, Hlauk oc Heriana, Gioll oc Geira, Hauþ oc Rangridr oc Radgridr oc Reiginlief þær bera hverium ol. Id est. *Sic nominantur in Grimismalum qvæ in Valhall convivis advenientibus suam ex officio operam accommodant, ipsis cyathissantes, & instrumenta mensarum ac pocula servantes. Rista & Mista cornu mihimet apportent: Skegold, Skaugul, Hilldr, þrudr, Hlauk, Herana, Gioll, Geira, Hauþ, Rangridr, Radgridr & Reiginlief* ζύθον, *vulgò cerevisiam ritè circumferant.* ζύθον inqvam, qvum & Tacitus meminerit ejuscemodi potus quoqve Svio- Edd. in Gylfa ginning. Ann.part.Edd. nafn Odins. IterumEdd.d.l.

 num

num ex hordeo aut frumento confecti in qvandam similitudinem vini.

§. III. Hic enimvero notare convenit: Omnes omninò homines, assensu communi, modo sanè saperent & sentirent, neq; superiora corporis elleboro candido essent purganda, si fortè eos primus aspectus mundi conturbaverat, postea cum partes ejusdem, cœlum, terras, maria; cum horum insignia, Solem, Lunam reliquaque sidera vidissent: cumque maturitates temporum, & varietates, mutationesque, atque cuncta ratis ordinibus distincta percepissent; & paucis, ne in hac re videar multus, mundum universum ita connexum usque quaque apte cohærentem, mira proportione constructum, undique pulcrum, expletumque omnibus suis numeris & partibus cognovissent: ad DEum confugisse optimum maximum, non ut Architectum tantum, qvi hæc omnia per summam benignitatem suam, summamque potentiam fecisset, sed præsidem quoqve, qvi pari bonitate naturæque suæ vi perfectissima, moveret eadem, regeret, gubernaret, qvique mortalibus vel etiamnum inter homines, vel hoc vitæ curriculo absoluto, aut præmia aut pœnas justissimè decerneret. Id quod in tantis motibus, tantisqve vicissitudinibus, tam multarum rerum atqve tantarum ordinibus, cœtuumque hominum jure sociatorum conservationibus statuatur necesse est. Qvæ qvidem sententia ex animis Philosophorum, ceterorumqve hominum saniorum deleri non poterat. Vide Ciceronem variis locis; itemqve librum ex Timæo Platonis.

Cic. lib. I. de Leg. lib. II. de Nat. Deor. Scip. Somn. lib. ex Timæo Plat. de universitate,

§. IV. Et hunc ipsum mundum flammis interiturum esse Eddica monumenta docent, quibus veterum

etiam

etiam Philosophorum cum primisque Stoicorum scita consonant. *Ad extremum omnis mundus ignescet, cum humore consumto, neque terra ali possit, neque remeare aër, cujus ortus, aqua omni exhausta esse non possit.* Idem Cicero: *Fore*, ait, *aliqvando ut omnis hic mundus ardore deflagret.* Qva in re saniores multo fuerunt Platone atque Aristotele: quorum ille perperam existimabat, DEum hoc omnino nolle; hic nescio quâ Philosophandi inscientia, ne posse quidem. Hinc & mundum fecisse æternum legitur: τὸν κόσμον ἀΐδιον. Eidem quoque dicitur ἄφθαρτος corruptioni non obnoxius; scilicet in modum ἀφθάρτου Θεοῦ. Qvin & ἀγέννητος, ortum non habens: sicut ἀρχὴ Platoni vocatur ἀγέννητον; cum Principii nulla sit origo, interprete Cicerone. Qvi quoqne qvæstionem veterum, semper ne fuerit mundus, nullo generatus ortu: an ortus sit: an ab aliquo temporis principatu ortus: ex eo decidit, quod Corporatus cernatur, sensum moveat, in opinatione consîdat; qualia ortum habere, gignique ante dixerat: mox inde quærens caussam, quæ fabricatorem hujus tanti operis impulerit, ut ad molitionem novam semet accingeret.

Edd. Mythol. xv. circa fin. Cic.d. lib. II. p. m. 49. Cic. in Acad. Arist. lib. I. de Cœlo. c. IX. Arist. d. l. Cic. lib. de Univers. Cic. d. lib. p. m. 195. & seq.

§. V. Hisce monumentis Eddicis adde Poëtarum quoque omnium ferè gentium concentum, de beatitate post mortem justorum, pœnis autem & cruciatibus injustorum, in Tartaro sive *inferno tenebroso, qui κακοδαίμονας tenet*, uti Varro loquitur; si sic legentem amplissimum Borrichium audiamus. Plato τῆς τίσεως καὶ δίκης δεσμωτήριον, justi supplicii carcerem, appellat: Æschylus ἀπέραντον τάρταρον, immensum Tartarum: Homerus etiam τάρταρον ἠερόεντα Tartarum tenebrosum. Qvod

Borrich. Cogit. de Var. Lat. Ling. ær. &c. Voc. *Infernus.* Et Analect. XVII. Plat. Sub fin. Dial. de Rhet; Æsch. in Prometh; Homer. ΙΛΙΑΔ. Θ. p. m. 156. Vers. 29. & al. loc.

Cellar. de Barbar. & Idiotiſ. c. VII. p. 199.

Qvod vero Clariſſimus Cellarius in curis poſterioribꝰ plur. *inferna* ex Græciſmo auctoritate tantum Solini atque Lactantii defendit, in eo quoqve iuvari poteſt illuſtri teſtimonio Lucretii:

Lucret. lib. V. de R. N. p. m. 201.

Diverſas ire in parteis, inferna ſupernis.

Tacit. Hiſtor. lib. V. c. V.

Cic. lib. II. prop. fin. de legibus.

Et Taciti, qui *Eadem cura*, inquit, *& de infernis perſvaſio, cœleſtium contra.* De pœnis antedictis adde Ciceronis locum inſignem de Legibus. Unde profecto Virgilius:

Virg. lib. VI. Æneid. p. 247. 251. & ſeq.

Nec vero hæ ſine ſorte datæ, ſine Judice ſedes
Qvæſitor Minos urnam movet: ille ſilentum
Conciliumq́; vocat, vitasq́; & crimina diſcit. Poſtea:
Hic locus eſt, partes ubi ſe via findit in ambas;
Dextera, qvæ Ditis magni ſub mœnia tendit,
Hác iter Elyſium nobis: at læva malorum
exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit. Paullo poſt:
Gnoſſius hæc Rhadamanthus habet duriſſima regna;
Caſtigatq́;, auditq́; dolos, ſubigitq́; fateri.

Sen. Herc. Fur. V. 730.

Et Sen:

Non unus alta ſede qvæſitor ſedens
Judicia trepidis ſera ſortitur reis.
Auditur illo Cnoſſius Minos foro;
Rhadamanthus illo - - - - - - -
Qvod qviſq; fecit, patitur: auctorem ſcelus
Repetit, ſuoq; premitur exemplo nocens. Et ſtatim:

V. 741.

- - - - - - - - - longe permenſus diu
felicis ævi ſpatia, vel cœlum petit,
Vel læta felix nemoris Elyſii loca,
Judex futurus.

Hom. A. Odyſſ.

§. VI. Qvod ad Minoa Μίνωα attinet, eundem etiam Homerus filium nuncupat Jovis Διὸς ἀγλαὸν υἱὸν, eidem ut umbrarum judici ſedenti χρύσεον σκῆπτρον

sceptrum assignans aureum. Ῥαδαμάνθυς adhæc σωφρο-σύνην admiratur Theognis, cujus, simul & Æaci virgæ commeminit Plato, quam tenere soliti essent jam judicaturi. Sviones atqve Gothones ipsam hanc Kafla/ itemqve *Staf* appellarunt. Hinc in fragmentis legum, *staf i hand sälia*, virgam s. festucam in manus tradere: sic edente Nobilissimo Stiernhielmio. Qva ratione Gothis in Mœsia habitantibus ab hoc insigni sive sceptro judiciali Judex ipse *stava* vocitatus, & tribunal ejus *stavastola*. Ex Fragmentis etiam legum *Askeskäpte*, fraxinei bacilli manubrium tenuisse judicem, actum qvemdam sollemnem, justæque fundi alienationis ritè jam firmaturum evidenter colligimus, adstipulantibus simul variis variarum legum codicibus. Inde & literæ judicum assertoriæ hodieque *skaptebreff* in W-Gothia, aliisq; locis pluribus nuncupari solent; sed & usus cetera haud infreqvens scipionum, hastarum, & capulorum fraxineorum in Regno Svioniæ idem evicerit. Certè Edda DEos qvoque sub fraxino sua celebrasse Judicia liquido monstrat, hanc præterea rationem subjiciens: *forthy askrin er allra trea mestr oc bestr.* Namq; fraxinus omniū est arborū & maxima & optima.

Plat. in Gorg. & de Min. C. xxxiv. Manh. br Upll. c. xvi. Sud.L. c.xix. cod. tit. Helsingll. Fragm. legum editore Stiernhielmio. c. ii. Kong.br Westgll. Cod. Argent.f.Ulph. Celsissimi Herois ac Domini Com. Gabrielis De la Gardie Math. c. v. 25. Math. c. xxvii. 19. Fragm. legum. Cod. var. var. leg. & Mss. & Excus.

§. VII. Per Radamanthum judex innuitur infimus cum ceteris qui in consilio adesse debebant, *Radsit* sive *Nembd*, cui præfectus erat; ab *Radaman* & þus insignitè sic denominatus, integrè *Radamannaþus* ab þysa, *accedere*; qvod, licet unus esset, ex consilio tamen adsessorum lites dijudicarit, sententia lata legibus conformi. Leges antiquissimæ: Binder Nämbd sik sialfwilliande at wäria nokot maal / tha ma eigh Domara them fraganga: *si Adjessores quem in judicio*

cap. xii. §. 1. Manh.br Upll. c. xxvi. h. t. Wessm.ll. Edd. Myth. xiv. tit. um. Helg. Stad. Asana.

Leg. Fragm. & leg. Westg. Thingm.br c. vii. in princ.

cio primis sententiis absolvant, ipsis sententia sua legibus ferenda Judex accedet. Plauto dicitur *Rhadamantes*, Græcis omnibus Scriptoribus Ῥαδάμανθυς, ceteris idcirco Latinis Rhadamanthus; à qvo caussa per appellationem devolvebatur ad Minoa; aut si qvid difficile, vel ἀπόρρητον incideret. Δύο μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας Μίνω τε καὶ Ῥαδάμανθυν, ἕνα δὲ ἐκ τῆς Εὐρώπης Αἰακόν. Duos sic constitutos ab Jove Judices Plutarchus commemorat: Minoi tamen superiorem concessam jurisdictionem, ut si qua eos fugissent, aut sententiæ minus rectè latæ fuissent, justissimo hujus judicio subjicerentur. Judex hic apud Svionas eminentior, *man*, *minn*, *minnur*, *madur*, & voce composita lagmadur dictus. Qvi qvoque absentis loco Regis judicare jussus, ac splendida facere arbitria, ut ex legum constat fragmentis. Diximus Æacum umbrarum simul judicio præfectum, à aſ/ hoc est, *judicem semper rigidum*, ut sic essent gemini, *Radamanþus ok Æakur*, Radamanthus scilicet atque Æacus. Hinc Ovidius:

Æaçus in pœnas ingeniosus erit.

Et Horatius:

Qvam penè furvæ regna Proserpinæ
Et judicantem vidimus Æacum.

Declarat idem Clarissimus Farnabius. Sic Jure veteri Svionum duo judices esse debebant cum virga seu festuca judiciali: Sed in urbibus omnino tres, ut ex fragminibus legum antiqvissimarum apparet. Qvin & ceteri legum Civilium codices consentiunt, ipseque Magni Erici, atque Christophori Regum. Nec alia ratio judicum inferorum Græcis Latinisque scriptoribus. Hujusqvoque tertii, qvi veteribus thridie/thriptur/ &

Plaut. Trin. IV. II. 83.

Plat. in Gorg. p. m. 371. Plutarch. de consol. ad Apoll. p. m. 121.

Fragment. leg. Vetust. c. I. Ting.br Westgiſ. & al. loc. plur.

Horat. Carm. lib. IV. Od. VII.

Ovid. in ibin. Horat. Carm. lib. II. Od. XIII.

Farnab. in notis ad l. ante cit. ex Herc. Fur. Frag. leg. Vetust. c. I. & II. Thing.br Upſl.

& Thriptoler mentionem facit Plato: eundemque ſequitur Cicero, Rhadamanthum, Æacum, & Triptolemum ordine recenſens. Ut ita duo provocationum gradus innuantur, ſcilicet ab Radamantho ad Minoa, à Minoë ad Regem ſ. Jovem (neqve enim plures in legibus antiqviſſimis,aut veterum ſcriptis uſquam occurrunt) atqve etiam forma judicii univerſa , eaqve ſollemnis in patria noſtra jam inde à primis ſervata temporibus breviſſimè ſimul veriſſimeqve effingatur, nuſquam ita gentium ad vivum in terris expreſſa. Nec tamen á me monſtratis officit, in antiqvis qvoque legibus mentionem Fierdhungs Nämbd fieri. Unde qvoqve diſerte capite XIX Thiuwa br W-gLL. commemoratur, certis in cauſis reum ab Adſeſſoribus ejuſdem judicii ritè fuiſſe tunc temporis abſolvendū: Aff fiartunx Nämbd. Sic enim lacuna,qvæ in edito Stiernhielmii Codice viſitur, ſine ullo dubio debet expleri, velut ex vetuſtis membranis, atqve etiam tertio capite Råttlöſ.br/ ubi ſimilia planiſſime tractantur, plus ſatis poterit evinci. Namque vetuſtiſſimis temporibus idem omnino erat qvadrantis hujus, fiartunx/ qui univerſi territorii præfectus , & ſuperveniens poſtmodum cauſarum partitio, ut diverſorum judiciorum, prorſus incognita. Eleganter etiam è fabellis Græcorum hac occaſione Maro laudare trivium non dubitavit; locum ſcilicet judicii ſollemnis, interprete Platone, ex qvo geminæ tenderent viæ, una qvidem in ſedes beatorum, altera vero ad Tartara. Ἡ μὲν εἰς μακάρων νήσους, ἡ δὲ εἰς τάρταρον. Aliunde qvoque ſimilia proferri poſſent, ſi hujus loci eſſent.

Plato. in Apol. Socrat. circa fin. Cic. 1. Tuſcul. conf. legum Fragm.

c. III. Reſſt.br Ol. c. III. Thing.br Weſtgll.c.XIX. Thiuwabr Weſtgll. memb. mſſ. & cap. III. circ. fin. Råttlöſ.br. Weſtgll.

Virgil. loc. ſup. laud. Plat. Dial. V. de ll. in Gorg. p. m. 371. conf. quoque p. 370. & 372. Axioch. de contemnenda morte, prope fin. Adde Plutarch. lib. de ſera Numinis vindicta. Et de conſolatione ad Apollonium lib. p. m. 120. & ſeq. ubi verba etiam Platonis huc pertinentia exſcribuntur.

§. VIII. His qvæ de immortalitate animorum, qvam omni ſemper ævo Getæ [Γαυτοὶ, Gautar, Göthar/ Gothi.) crediderunt, breviter ſunt perſcripta, verba ſane Vulcanii ex ante laudato loco annecti plane merentur. *Hoc*, inquit, *ſilentio præterire non poſſum, me vel hoc uno præcipue nomine nobiliſſimæ hujus Gentis admiratorem ſemper fuiſſe, qvod opinio, imo certa perſvaſio de immortalitate animorum (maxumum meo qvidem judicio ad contemnendam mortem reſqve fortiter gerendas incitamentum) Gothis ab omni ævo ingenita, & qvodammodo peculiaris ac propria fuiſſe videatur.* Adde antiqviſſimas etiam inſcriptiones in lapidibus à profanis expreſſas, ubi hæ ſimileſque formulæ animos oculoſque noſtros à terrenis hiſce domiciliis ad ſedes beatorum, ad altiſſimum omnia cingentem ac coërcentem cœli complexum, Deiqve immortalis & opem & gratiam avocantes, non ſine ſumma admiratione leguntur. ᚴᚢᚦ ᚼᛁᛚᛒᛁ ᛋᛁᛆᛚ ᚼᛆᚿᛋ: *Deus animæ ipſius ſit propitius.* ᚴᚢᚦ ᚼᛁᛆᛚᛒᛁ ᛆᛏ ᚼᛆᚿᛋ. *Deus ſpiritum ipſius adjuvet.* ᚴᚢᚦ ᚼᛁᛆᛚᛒᛁ ᛆᚿᚢᚱᛆ (ᛆᚿᛏᚱᛆ ᚦᛆᛁᚱᛆ) ᛆᛚᛚᛁ *Deus animis eorum omnium bene faciat. DEus animos eorum omnium æternum lætificet.* Facit huc locus Platonis inſignis: ubi Socrates ex Gobria Mago refert: avum ejus miſſum eſſe in Delum, ut eam tueretur inſulam; ibi illum ex æneis qvibuſdam tabulis, quas attuliſſent ab Hyperboreis Opis & Hecaergus, didiciſſe, animam poſtea quam corporis eſſet clauſtris exſoluta, ignotum qvendam locum ſubterraneo abſcedere receſſu, in qvo Plutonis viſatur Regia, nihilo minor quam aula Jovis. Videantur etiam qvæ ſeqvuntur, alias à me explicata.

Vulcan. p. 3. & 4.

Plat. in Axioch. pag. m. ult.

CAP. IX.

CAP. IX.

Summarium.

§. I.

EX hac Philosophia Samolsis Majores nostri principia atque etiam præcepta veri Juris germanæq; Justitiæ rectissime formarunt. Ut autem eadem utrobique ratio observetur, eadem veritas, eademque lex, quæ est recti præceptio, pravique cum effectu depulsio, ad Definitiones primum more Geometrarum recurritur. Def. I. Causam esse, á qua quid fit. *Def. II.* Causam primam esse, unde reliqua producuntur omnia. *Def. III.* Causas secundas esse, quæ orginem ad primam referunt, indeque dependent. *Def. IV.* Motus omnis & actionis fontem esse, á quo quidem cum inanima, tum etiam animalia certis modis ad qualitates & operationes, rationalia vero ideis ad bene beateque vivendum determinata conspiciuntur. *Deinde postulatur etiam, ut concedatur. I.* Qvicquid fit, ab aliqva causa effici. *II.* Progressum in infinitum non dari. §. *II. Tum Juris ad principia pervenitur. Qvorum primum omnino fuerit,* DEum esse. §. *III. Princ. II.* DEum quæ creata sunt omnia regere, etiam cogitationes. §. *IV. Princ. III.* DEum præmia & pœnas hominibus in hac vita juste decernere. §. *V. Princ. IV.* Ideam Justitiæ Divinæ perfectam animis mortalium comprehendi non posse. §. *VI. Princ. V.* Post migrationem ex hac vita præmia, & pœnas omnium verissime expleri. §. *VII. Postremo præcepta Juris ad ductum imperatoris Justiniani recensentur. Qvibus duo quoq; alia rectissime adduntur, ut divinorum X præcepto-*

 rum

rum numerus iisdem qualicunque modo comprehensus appareat. Præceptum primum ; DEum esse colendum. *II.* Parentes honorandos. *III.* Honeste vivendum, *IV.* Neminem lædendum. *V.* Suum cuique tribuendum. §. *VIII. Ex hisce optimis naturæ principiis veritatisque exemplis, non Jus Solum Naturale profluit, sed Civile qvoque, atque illud præterea quod dicitur Gentium, à Civili & Naturali distinctum. Unde Jus hoc Gentium ortum omnino duxerit. Qvi fons obligationis. Quid Jus Gentium? Quid Jus Naturæ? Qvod Juris Naturæ fundamentum? Unde* homo *dicatur. Qvid Jus Civile?* §. *IX. Civitas morata pulcrè quoque munita censetur. Conclusio.*

§. I.

ATque sic antiquissima monstrata est Philosophia Zamolxis, gentisque nostræ, cujus è fontibus principia atq; etiam præcepta juris defluxerant in forum, eaq; immutabilia, & veritatis evidentis. Sed, ut Gòmetræ solent, progrediamur scitis majorum nostrorum velificantes, primumq; ostendentes Definitiones; deinde qvoq; postulantes, ut nonnulla planissimè concedantur, qvò facilius tandem genuina eliciantur principia, atq; postremò etjam propositiones generales serie non interrupta consequantur.

Def: I. Caussa est, à qva qvid fit.

II. Caussa prima est, unde reliqva producuntur omnia.

III. Caussæ secundæ sunt, qvæ originem ad primam referunt, atq; inde etiam dependent.

IV. Motus omnis & actionis fons est, à qvo qvidem cum inanima, tum etiam animalia certis modis ad

ad qvalitates & operationes; rationalia verò Ideis ad benè beateq; vivendum determinata cernuntur. His ita præmiſſis, non ego mihi ſumam qvod velim, ſed qvod haud dubiè concedatur ab omnibus. Poſtulo igitur cum Majoribus noſtris, ut concedatur:

I. Qvicquid fit, ab aliqva cauſſa effici. Qvod niſi concederetur, eſſet idem prius ſe ipſo, hoc eſt, eſſet antequam eſſet. Id qvod omnibus perabſurdum jure meritoque cenſetur.

II. Progreſſum in infinitum non dari. Ab hoc enim omnis recta philoſophandi ratio planè abhorret. In primo igitur ac ſummo erit acqvieſcendum; cujus mens, cujus ratio, cujus vis, cujus poteſtas cuncta poſſit efficere. Unde qvoqve Cicero á viliſſimis naturis, ad ultimam perfectiſſimamque eſſe procedendum aſſeverat. Et hinc ad Principia:

§. II. Qvorum omninò primum fuerit, DEum eſſe. DEum, inqvam, eſſe, eumqve unum, conditorem cœli & terræ, omnium rerum ſeminatorem, ſatorem atqve altorem; ἐν τὸ πᾶν, 𝔈𝔑/ licet ab auxilio mortalibus præſtito, plura ſint nomina per ignorantiam impoſita. Adde Diſſertationem Cottæ, & Maxim. Tyr.

Εἷς Θεὸς ἐστι σοφὸς, δυνατὸς γ' ἅμα καὶ πολύολβος.

Quod & ipſum ſane, quæq; ſeqvuntur, non cum Pyrrhoniis, qui Græcis σκεπτικοὶ appellantur, ceteriſque proponã, qui ne videre qvidem plane quicquam, neq; audire, neq; exiſtere ſeſe putant; qvos, cum Philoſophi dici velint, nonne eſt turpiſſimũ dubitare, quæ ne ruſtici quidẽ dubitent; & quomodo quæſo dubitent, qvũ niſi exiſtãt, monſtrãte Carteſio, dubitare omnino nequeant: ſed explicabo perſpicue

Cic. lib. III. de Nat. D. p. 61. & ſequentibus. Max. Tyr. diſſert. XXIII. Gell. N. Att. lib. XI. c. V. Diog. Laërt. in vit. Pyrrhon. Sext. Emp. Pyrrhon. Hyp. l. I. Var. capit. Lucian. in Auct. vit.

Cic. lib. III. de offic. p. m. 512. & Acad. q. IV. Ren. d. Carteſ. Medit. I. & ſeq. una cum Objection. Variorum, & Auct. Reſponſ. Princ. Philoſ. p. I. q. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, & 13. p. 2. §. 1. in princ. & not. ad progr. A. cIↃ. IↃc. XLVII.

perſpicue, ut rerum fides veritaſque, eorum diſpulſis tenebris erroris & inſcientiæ, reddatur manifeſta. Si igitur plures animo Dii conciperentur, vel æquales ipſi eſſent omnes, vel inæquales. Si æqvales; tot ac tanti naturæ motus non referrentur ad immobile motionis principium unum, idemque infinitum atque primum; quod tamen fieri oportere ordo cauſarum naturalis evidenter evincit. Adhæc, aut ſinguli huic univerſo ſufficerent, aut non ſufficerent. Prior concludendi ratio πολυθεΐαν deſtrueret; poſterior vim ac naturam Divinam omnino tolleret. Sin inæqvales, idem recurreret dicendum. Nam natura Divina nihil quod imperfectum eſt, nec omni ex parte abſolutum cenſetur agnoſcere. *Imperfectum* inquam, nec *abſolutum*: qua eadem etiam acceptione hæc verba Cicero libro de univerſitate conjungit, ut ex uno Gellio vocabuli *imperfecti* auctoritas, cum nonnullis lingvæ latinæ inſtauratoribus recentioribus non ſit arceſſenda. Labitur ergò Plinius hunc in modum de Divina potentia diſſerens: Imperfectæ *verò in homine naturæ præcipua ſolatia, ne DEum quidem poſſe omnia.* Ubi quoque plura huc ſpectantia ad finem uſque capitis enarrantur. His ita explicatis, ad rationemque revocatis, DEum eſſe qui negat, ſanæ mentis non exiſtimatur: quæ ſimul evidenter perſpicit Divinæ ideæ infinitatem, quæ neque oculis, neque auribus, neque ullo ſenſu percipi poteſt, non niſi á DEo infinito, revera exiſtente, finitis animantibus poſſe imprimi. Ut ex his inſuper cauſſis appareat, quare cum ſeculis ætatibuſque hominum, inveterata manſerit & communis omnibus opinio de DEo, nec ulla gens uſquam fuerit adeo extra leges moreſq; projecta, ut neſciverit DEum eſſe. Videantur Cicero, Seneca, & Ariſtoteles. Qvorum

Cic. lib. de Vniverſit. p. m. 196.

Plin. Nat. Hiſt. lib. II. c. VII. p. m. 12.

Cic. lib. I. de legibus, p. m. 160.
Sen. Ep. CXVII.
Ariſt. t. I. Top. l. & IX.
Cic. lib. I. de N. D. p. m. 8.

rum hic etiam dubitantem, an DEus ſit, pœna & animadverſione publica dignū pronunciat. Licet hoc vel maxime peccaſſe videatur, quod, etiam Cicerone teſte, in tertio de Philoſophia libro de cognitione DEi plurima turbet. *Modo enim menti tribuit omnem Divinitatem; modo mundum ipſum DEum dicit eſſe: modo quendam alium præficit mundo; eique eas partes tribuit, ut replicatione mundi quadam motum regat atq; tueatur: tum cœli ardorem DEum dicit eſſe; non intelligens cœlum mundi eſſe partem, quam alio loco ipſe deſignarit DEum.* Mitto nunc alia quæ de neceſſitate mundi conſignat ἀλογίςως: longe ita corruptior Magiſtro ſuo, qui ex libero DEi cum materia concurſu, effectum eſſe cœlum atque terras, nulla cogente natura, docuerit. Quin & cetera taceo, quorum intuitu omnium divinus audit Plato, & quaſi quidam DEus Philoſophorum. Nihil hic de Stoicis loquor, ineluctabili quadam vi & lege Fati DEum ſuum adſtringentibus. Sed ut iſti omnes minus ſic apta, imò multa per ſe falſa perſpicuè, & inter ſeſe vehementer repugnantia dixerint; palmam tamen jure ac merito Epicuro præripuiſſe cenſentur, de concurſu quodam atomorum, nulla moderante ratione, fortuito ſomnianti: Quorum fermè omnium ſententias in compendium quaſi redactas, videat qui volet in libris Ciceronis inclutis de Natura Deorum; ubi quoque acutulæ nonnullorum concluſiones perſpiciuntur.

Cic. lib. II. de N. D. p. m. 32.

§. III. Hoc ita poſito, quod ſequitur principium videndum eſt. Nimirum, *DEum omnia quæ à ſe creata ſunt regere, etiam cogitationes.* Intelligentis enim naturæ proprium, prima cauſſa rerum omnium inquiſita,

ſecundas etiam cauſſas ſtatuere; qvæ licet neceſſario non nunquam moveant alias, omnes tamen à prima, uti dixi, moventur. Accedit: inter ſe evidenter pugnare: DEum eſſe infinitum, & aliquid exſiſtere, quod ab eo non pendeat. Qvum enim hæ, quæ ſunt intelligentes cauſſæ ſecundæ, primam ſanè ſe perfectiorem ritè cognorint, & ita ſe à ſe ipſis neqvire exſiſtere, minus adhuc omnes in ſe perfectiones ſentire, quas in ſui conſervationem, qvaleſcumque ſint, deſiderent, reſtat profecto ad aliud eſſe principium durationis, DEum ſcilicet omnipotentem omnibus confugiendum; quem propter Juſtitiam ac beneficia profani quoq; optimum, propter vim maximum nominarunt. Addo ſimul etjam eſſe confitendum, motus & bonitatis omnis fontem actione & motu neqvaquam carere: nihil autem præclarius in eodem eſſe providentiâ. Qvorum alterum ſine altero nec eſſe prorſus, nec intelligi poteſt. Utrum enim ignorat DEus, quæ res maximæ ſint, qvoque hæ modo tractandæ & tuendæ? an vim non habet, qua tantas res ſuſtineat & gerat? At & ignoratio rerum à natura DEi aliena eſt, & ſuſtinendæ hujus molis propter infirmitatem difficultas, in Majeſtatem DEi optumi maxumi minimè cadit: infinitus idcirco natura, neceſſe qvoque infinitus ſit potentia. Cujus imaginem infinitatis perfectam animo comprehendere nemo poteſt, nemo ſatis admirari, nemo religione aut cultu ſatis digno proſequi. Hinc igitur id omnino efficitur, Dei providentia mundum adminiſtrari, ut *admirabilem hunc ordinem, incredibilemque conſtantiam, ex qua conſervatio & ſalus omnium omnis oritur, qui mente vacare regente putat, is ipſe mentis expers habendus ſit*; ut in conſeſſu, & tanquam ſenatu Philoſophorum antiquo cernimus luce clarius explanatum

Cic. lib. IV. de Fin. & pro Dom. ſ. ad Pontifices p. m. 242.

Cic. lib. II. de N. D. p. 36. & 37.

Sic

Sic ad ſtuporem uſque admirandi ſunt in cœlo vaſtiſſimo, maximi orbes cœleſtes ſtellarum tum errantiũ (quæ tamen, quam rectè ita vocentur, vide Ciceronem) tum reliquarum omnium, nullis ſubnixi fulcris: admirandus orbis qvoque terræ [licet ad univerſi complexum puncti inſtar obtineat] in aëre undique ambiente, ob æquilibritatem pendens; qui omnes DEi ſuſtentationem arguunt manifeſtiſſimam. Adde ſis Ariſtotelem, & Lucanum vim utique immenſam canentem;

Aëre libratum vacuo quæ ſuſtinet orbem.

Unde etiam Lucretio dicitur Terra,

Partibus aëriis mundi cœloque revincta,

Et *in media mundi regione quieſcens*;

Ciceroni, *locata in media mundi ſede, ſolida, & globoſa, & undique conglobata.*

Cic. d. l. II. p. m. 36.

Ariſtot. lib. de Mund. c. VI. Lucan. de b. c. lib. V. p. 124. Lucret. de R. N. lib. V. p. 197. & ſeq. Cic. d. l. II. p. 45. & de Univerſ. lib. p. m. 198. mundus dicitur *Globoſus, quẽ ejus effector molitorq; Deus ad Volubilitatem rotundarit.* p. 197. & 201.

§. IV. Tertium eſto Principium. *DEum præmia & pœnas hominibus in hac vita juſte decernere.* Nam ſi DEus regat, ſi homines curet, neceſſe bene bonis ſit, malè malis, pœnæq; licet ſeræ, non tamen irritæ putentur. Nec aliud ante probata gubernatio, & perfectio divina poſſunt admittere. Qua ſine humanarum rerum procuratione, funditus eadem tolleretur; & hac ita evaneſcente, perturbatio vitæ, maximaque confuſio, una cum fidei & ſocietatis humani generis horrenda deſtructione ſequeretur. Et hinc etiam Juſtitiam Jovi adſidentem monſtravit antiquitas, in eaqve Bonitatem. Atqve Pindarus ſummum DEum ἀριστοτέχνην, hoc eſt, artificum maximum appellavit, ejus utpote JUSTITIÆ adminiſtratorem, qvæ ritè decernere valeat, τὸ πότε, καὶ πῶς, καὶ μέχρι πόσου, quando, qvomodo, & qvatenus quilibet delinqventium ſit puniendus.

 Vide

Plutarch. comment. de Ser. Num. vind. p. m. 550. Plaut. Prolog. Rud.

Vide Plutarchum comment. *De his qui sero à Numine puniuntur*; qvum dignissimus sit hic liber qui totus evolvatur. Egregiè etiam & verbis cedro linendis Arctu-rus ita loqvens fingitur:

Qvi gentes omnes, mariaq; & terras movet,
Ejus sum civis civitate cælitum.
Ita sum, ut videtis, splendens stella candida,
Signum quod semper tempore exoritur suo,
Hic atq; in cœlo nomen Arcturo est mihi.
Noctu sum in cœlo clarus, atque inter DEos:
Inter mortales ambulo interdius.
Et alia signa de cœlo ad terram accidunt.
Qvi est imperator Divum atq; hominum Juppiter,
Is nos per gentis alium alia disparat,
Hominum quî facta, mores, pietatem & fidem
Noscamus: ut qvemq; adjuvet opulentia:
Qvi falsas lites falsis testimoniis
Petunt; quiq; in jure abjurant pecuniam:
Eorum referimus nomina exscripta ad Jovem.
COTIDIE ILLE scit, quis hic qværat malum.
Qvi hîc litem adipisci postulant perjurio,
Mali res falsas qui impetrant apud Judicem;
ITERUM ILLE EAM REM Judicatam judicat,
Majore multa multat, qvam litem auferunt.
Bonos in aliis tabulis exscriptos habet.
Atq; hoc SCELESTI in animum inducunt suum,
Jovem se placare posse donis, hostiis;
Et operam & sumptum perduunt; id eò fit, quia
NIHIL EI ACCEPTUM est à perjuris supplicii.
FACILIUS, si qui pius est, à Dîs supplicans,
Qvam qui scelestus est, inveniet veniam sibi.

Idcirc

Idcirco MONEO VOS EGO hæc, qvi eſtis boni,
Qvique ætatem agitis cum pietate & cum fide,
Retinete porro : poſt factum ut lætemini. Concinit Homerus : Hom. Odyſſ. ν.

Ζεὺς σφέας τίσαιτ᾽ ἱκετήσιος, ὅς τε καὶ ἄλλους
Ἀνθρώπους ἐφορᾷ καὶ τίννυται, ὅστις ἁμάρτῃ.

Qvicquid ita die noctéq; per totum, qva qva patet, orbem fiat, ab ſingulis mortalium, aut etiam univerſis, DEum minimè fugere, vetuſtas omni omnino memoria credidit: qvare ſi qvi ſuam non revererentur conſcientiam, illi ſanè vererentur ſuperos ſemper præſentes, ab iisq; impendentes pœnas ſaltem metuerent. Crebra enim atque longinqva obſervatione perſpectum erat, benignitates hominum, & ad benè faciendum prothymias præmiis ingentibus condecorari *ab Deorum regnatore, benefactorum omnium architecto*; Plaut. Prol. in Amphit. 45. & verò etiam mendaciis, ſycophantiis, fucis, perfidiis ac malefactis nullum mantellum eſſe obviàm, qvin aperta & manifeſta conſpiciantur, rectiſſimeqve, lentiore licet ſæpè gradu, puniantur, omnia planè animadvertente, & ad curam vindictæ ſuæ pertinere volente Deo opt. Maxumo. Epicurus autem ex animis hominum radicitus religionem extraxiſſe videtur, cum Deo providentiam, eiqve conjunctam & opem & gratiam ſuſtulerit, uti tradit Cicero: Cic. lib. 1. de N. D. p. 18. licet ſelectis Epicuri brevibuſqve ſententiis, qvas appellarunt κυρίας δόξας, plurima, vel ab imperitis, vel à ſtudio partium diverſarum deditis addantur & affingantur, qvæ ne ei qvidem per ſomnium obrepſiſſe certò ſcio. Cic. eod. lib. p. 23. Metrodorum verò, qvi Epicuri *collega ſapientiæ* dicitur, multa impudentiora recitaſſe fateor;

accuſaſſe etiam Timocratem fratrem ſuum, qvod dubitaret omnia qvæ ad beatam vitam pertinerent, voluptatibus, qvibus qvaſi titillatio ſenſibus adhibetur, &, ut uno verbo comprehendam, ventre metiri. Niſi cum Cicerone urgeas, atqve in eo contumaciter perſtes: non id ſpectandum eſſe, qvid dixerit Epicurus, ſed qvid *conſentaneum ſit ei dicere, qvi bona voluptate terminaverit, mala dolore.*

Cic. lib. III. Offic. p. 567. & ſeq.

§. V. Qvartum: *Ideam Juſtitiæ Divinæ* perfectam animo hominis comprehendi neqvire. Qvum enim DEus ſit infinitus, mens noſtra utpotè finita, per naturam ejus eſſe univerſæ capax non poteſt. Et illud certè vehementer repugnat, eſſe finitum, & facultate gaudere infinita intelligendi, ut nihil mihi videatur dici poſſe obtuſius. Undè Renatus des Cartes in verbis turpiſſimè lapſus eſt (mentem enim ipſius fuiſſa aliam, alia occaſione monſtravimus) differendo, DEum, ſi proximè, ſeu, ut ipſius utar verbo, *immediatè per ſe ipſum Ideam rei extenſæ menti noſtræ exhiberet, vel tantum ſi efficeret, ut exhiberetur*, qvam neq; extenſionis, neq; figuræ, neq; motus intuitu comprehendere poſſemus, nulla ratione poſſe excuſari, *cur non deceptor eſſet putandus.* Qvæ idcirco rectiſſimè convelluntur à Clariſſimo Sculero. Nam qvî qvæſo nos tantum nobis ſumeremus, DEum, ut Circumſcriptorem & Sycophantam ſceleſtè vocaremus, ſi ratione noſtra puſilla, ſummam illam in natura ejus immenſa inſitam, modumqve inexhauſtæ potentiæ proprium complecti non liceret? annon ſic deſipere, delirare, dementes eſſe videremur? qvorum ſi nemini præ tantis animi anguſtiis conſtaret, qvomodo

Scul. Exam. Philoſ. Ren. des Cart. c. I. p. 2. & 3.

do hoc omnino fieret, qvid tamen obstaret, qvominus id verè a DEo justeqve fieri propter interminatam ejus potentiam, bonitatisqve & Justitiæ immensitatem crederemus? Adeò hic, si unquam, sanctius ac reverentius existimandum erit, de actis divinis credere, quam quid, quantulum id cunque est, obtusa mente, & ad clarissimi etiam luminis radios fulgoremque caligante frustra rimari. Non puduit igitur Philosophum, tam putida plusquam anilium verborum consvetudine abripi. Adhæc numeris omnibus absoluta, perfecta, expletaque DEi in nos est potestas, ut quicquid eidem sit visum, & quibuscunque nos miseriis, nos ærumnis premamur, eo esse animo semper affecti debeamus, ut rem cum consilio perspicere non possimus, nobis tamen usque curæ sit, ut Divinæ voluntati lubentes subjiciamur. Sacramento se ipse bonus miles non solvit, nec vitio procacitatis delectatur. Æqui animi virtute, non proterva temeritate vitæ salus continetur. Iurisque; cui omnia referre par est accepta, & qvod sumus, & quod vivimus, & qvod bene vivimus, ejusdem etiam providentiæ paternæ committere, quid nobis tandem cunctis futurum sit, certis interea, nihil præter merita mali cuiqvam obtingere. Et id sane pro universis ac singulis sine ulla dubitatione respondendum esse recta ratio dictitat. Unde satis liqvere crediderim, cur Parcas Poëtæ Jovis & Themidis filias esse cecinerint: nimirum illud significare volentes, quicquid unicuique mortalium divina providentia evenerit, illud jure meritoque fieri. Nam *posito atque concesso*, uti loquitur etiam Cicero, esse *qvandam vim divinam, hominum vitam continentem*, non

Cic. lib. 1. de Divin. p. m. 104. in fin.

non difficile eſt cetera, quæ nunc dicta ſunt, colligere. Ex quibus ſimul verbis elucet, locutiones ejuſcemodi non eſſe latinitatis cadentis, ut non nemini falſo exiſtimatum, cum iiſdem ſæpiuſcule delectetur Cicero.

§. VI. Qvintum & ultimum cenſeri principium poteſt: *Poſt migrationem ex hac vita præmia & pœnas omnium expleri.* Ut enim nec Domus, nec Reſp. ratione quadam conſtituta videtur, ſi in ea neqve recte factis præmia, neque delictis tandem ſupplicia vere irrogentur: ſic Divina mundi hominumque gubernatio profecto nulla putatur, ſi in ea diſcrimen nullum eſt, ſictve bonorum ac malorum, quo die pro ſe quiſque ad Divinum tribunal cauſſam dicet. Qvæ ſane ſpes ſpeiqve fiducia majores noſtros ſolata ſemper in adverſis conſpicitur, nebulis licet profanæ ſuperſtitionis profundius immerſos: cum τῷ ἀθανάτῳ τὸ ἀθάνατον συνηρτημένον, *immortale ad immortale accommodatum* viderint; cum providentiam DEi non generalem tantum, ut nonnulli Philoſophorum, ſtatuerint; ſed eam etiam gradatim ad pauciores, poſtremo ad ſingulos; nec in magnis ſolum rebus, ſed parvis quoque, imo vel minimis deducere non dubitarint. Ecce verba notatione & laude digniſſima citatæ Fabellæ: Liffer ſa Gud vm allder/ oc Stiornar allu Rijke ſinu/ oc råder allum hlutum ſtorum oc ſmåm. *DEus hic æternus regnum ſuum univerſum gubernat, maxima minimaque juſte diſponens.* Qva ſine gubernatione juſtaque omnium adminiſtratione jacerent omnia. Qvæ jam dicta ſunt de ſtatu defunctorum, rerumque poſt mortem articulo, Cippi lapideſque ſepulcrales confirmant, qvi locis tantum non infinitis

Edd. Mythol. III.

finitis in patria nostra visuntur. De duplici hac pœna divina Cicero etiam agit; itemqve de Furiis, qvas speculatrices vocat, & vindices facinorum, & scelerum. Qvas inde conscientiæ labes, qvæ vulnera, scelerum libidinumqve maculis notatissimi in omni memoria habuerint, optimi qviqve Scriptores planissimè testantur. Conveniunt pietatis capita, naturæq; fundamenta, qvorum, legum in appendice meminit auctor non mediocris, sed haud scio an omnium gravissimus Plato. Primum enim omnium ibi positum cernimus, ut *DEum esse credamus.* Secundum, ut *rerum eum omnium maximarum simul & minimarum curâ tangi, satis nobis persvasum esse debeat.* Tertium, *ut nec prece, nec pretio, à via recta deduci eundem existimemus.* Adde locum memorabilem, ubi de tartaro, hoc est, justi supplicii carcere post mortem, & pœnis pro peccati varietate variis eorum, qui impiè injusteqve vixissent, agitur.

Cic. lib. II. de Legibus p. 172. 178. & seq. De Nat. Deor. lib. III. p. m. 68.

Plat. in Epinõ. s. Leg. app. p. m. 921.

Plat. Gorg. s. de. Rhet. p. m. 370. & duabus sequentibus. Itemq; Phæd. s. de anima. p. 519.

§. VII. A principiis obligationem firmiter inducentibus, ad propositiones juris generales sive præcepta devenitur. Qvæ ab Imperatore Justiniano tria recensentur. *Honeste vivere: alterum non lædere: Suum cuiq; tribuere.* Sed hæc sufficere ad materiam juris universam complexu vero solidoqve determinandam, nemo paulo humanior dixerit. Neque id, aut Justinianus, aut veteres, qvorum ille vestigia legerat, intendisse censentur. Idcirco necessum ducitur, tribus illis præcedentibus, duo istæc addi seqventia, ut divinorum decem præceptorum numerus evidenter iisdem qvinque comprehendatur. Verum esset ita primo ponendum omnium; *DEum colere.* Qvod

qvidem latitudine sua, sanctiones omnes tabulæ primæ ad cultum Dei optimi maximi spectantis involvit. Deinde *parentes honorare*; id qvod primum est censeturq; Tabulæ secundæ. Meritoq; hæc seqventibus reliqvis præponuntur, cum Dei sine cultu, & superiorum reverentia, ordineqve recto tum Imperantium, tum obseqventium, nulla qveat Societas consistere, indeqve in vita communi universi & singuli ad justum ac honestum sanctè servandum obligētur. Præclarè, ut solet, Cicero: *Rerum naturam contuens animus accipit cognitionem Deorum: ex qvo oritur Pietas, cui conjuncta justitia est, reliqvaeqve virtutes, ex qvibus vita beata existit similis Deorum.* Sic justitia colenda, & pietas: *qva cum sit magna in parentibus & propinqvis, tum in patria maxima est. Ea vita via est in cœlum.* Cum ita qvis, & accepisse lucem hanc prosperè, & reddidisse placide videatur.

Cic. lib. II. De N. D. p. m. 57. Somn. Scipion. ex lib. de Rep. T. I. pm. 152.

§. VIII. Neque verò ex hisce optimis naturæ principiis, jura solum civilia juste feruntur, sed illud etiam, qvod dicitur Gentium, ab Civilibus, ipsoque Naturali distinctum. Certe ex consensu, vel tacito, vel expresso Gentium, Jus exstitisse Gentium, hodieqve re sanè vera exsistere, ignorare nemo potest, nisi historias simul, & multa retro tempora, legesque Romanas, atque etiam alia huc spectantia prorsus ignorare volet. Qvod idcirco Justinianus Imperator veterum insistens vestigiis, usu Rerum publicarum, ac necessitatibus sic exigentibus rectissime esse docet inductum. Scilicet ex hac caussa consensus in res indifferenter sese habentes, & naturâ neque præceptas neque prohibitas, evidenter prognata Gentium obli-

gatio

gatio cernitur. Vim autem effectumqve istæc omninò sortitur ex ipsa ratione Rerumpublicarum, & communis Gentium securitatis, cujus utique stator censetur, ac vindex DEus Optimus Maximus. Qvum enim ab eo sint imperia, eorumque, qva velut anima vigent, Majestas, necesse omnino simul statuatur, eidem DEo pariter esse curæ maximæ, ne quid à Gentibus, earumve personas induentibus committatur, aut Majestati Rectorum quarumcunque Rerumpublicarum, aut veræ sanctimoniæ Tranquillitatis cõmunis, in negotio qvolibet huc pertinente, contrarium; qvod si nihilominus fiat, Jus simul potestatemque exoriri læsis satisfactionem ad æqvi boniquе regulas postulandi, vel hanc injuste negatam, in armorum sollemni judicio rite persequendi. Unde quoque formulæ in historiis frequentissimæ, qvæ qvidem in præsentia mitti non poterunt: *DEos à meliore stare caussa: Bonæ caussæ spem adesse comitem: Raro sospitem redire, qui injusta arma sumserit. Frangi & attolli vires in milite à caussa: pia justaque bella geri: DEum arbitria captare armorum principalium*: & quæ sunt id genus aliæ. Hinc belli etjam æquitas sanctissimè Fecali Populi Romani Jure perscripta erat. Atque bella nonnisi consulto collegio Fecialium sollemniter indicta, sive, uti loquitur Ennius, ingeniosus Poëta, & auctor valdè bonus, *promulgata*. Vide Ciceronem Oratione pro L. Murena. Cic. Orat. pro L. Mur. p. m. 181. Qvin & ceteris Orbis Terræ populis in rerum ejusmodi actionibus certi recepti ritus, literarum id monumentis confirmantibus. Ipsique Christiani Principes olim vix, nisi auditis primum Pontificibus, bella movisse leguntur; præter sollemnes bellorum indictio-

 nes,

nes, & caussarum divulgationes evidentes, quas etiam nunc, qvia manifestent aliis occulta, *manifester* appellant. *Manifestare* enim est palam facere, verbum optimum, ætatisq; aureæ, probante Cl. Cellario, licet ab Eruditiss. Seyboldo, uti video, in *Antibarbaro* Latino, non secus ac alia longe plurima, male rejectum. Superior ergo DEus est, ipsius fons obligationis, cui propterea quicquid feliciter in bello geritur, ipsaque adeo victoria piè adscribitur. Et hæc quidem, cum ad JUSTITIAM, & ad FIDEM inter Gentes rectè colendam pertineant, atque depravationem & fœditatem turpificati animi, omnia certe contra ac dicta sunt utilitate sola metientis repellant, religiose ideoque tenenda sunt.

Cic. de Arusp. Resp. Orat. p. m. 25. Id Verr. lib. III. p. 92. Nep. Pelop. c. v f. ult. Cic. Orat. pro Leg. Manil. p. m. 5.

Qvocirca præclare Cicero de aruspicum responsis Oratione: *Jus Legatorum, cum hominum præsidio munitum sit, tum etiam Divino Jure esse vallatum.* Idcirco nomen legati ejusmodi esse debet, *quod non modo inter sociorum jura, sed etiam inter hostium tela incolume versetur.* Accedit Cornelius Nepos Pelopida; *Legationis jus apud omnes Gentes Sanctum esse* adfirmans. Quid? quod veteres *vel verbo id violatum* graviter persecuti sunt: teste, præter alios longe plurimos, supra laudato Cicerone, in illa aureola Oratiuncula pro Lege Manilia. Unde jus etiam Gentium mihi hunc in modum definire visum. Quod sit lex, *de nonnullis actibus publicis inter populos, Rectoresq; populorum, ultro citroque exercendis, ut ne usu sufficienter monstratus consensus, aut pacta violentur, in fraudem sanctimoniæ Majestatis Imperantium, à DEo stabilitæ, atque etiam potestate juste exsequendi munitæ, ob tranquillitatem communem.* Qvum Naturale Jus sit *lex Divina, insita in natura humana, jubens ea quæ facienda sunt, prohibensq; contraria.* Insita, inquam,

Vid. Cic. lib. III. Off. p. m. 410. & 504. Ed. Rach. & lib. I. de Legibus p. m. 159. & seq. Ed. Sturm.

in *natura humana.* Eo enim ipſo quo hominem naſci voluit DEus optimus Maximus, ſuæ quoque lucis igniculos impertiri dignatus eſt, ut in illius mente, rationis uſu invaleſcente, Juris & injuriæ, omniumque omnino honeſtorum ac turpium, ipſiuſque adeo decori excellentiæ notitia ex optimis certiſſimiſque principiis effulgeret; tandemque veriſſime conſtaret, quæ ſane ſit ſocietas hominum ineunda, quæ quoque naturalis conjunctio inter ipſos conſervanda; cujus in DEum pietatis, erga homines officii muneriſque colendi efficiendique cauſſa producti ſimus. Unde ab ὁμῶς *homo,* cum animal cernatur *naturâ* ſociale, non ab *humo* veteribus appellatus, obſervante ſic Scaligero. Confer Ciceronem de inventione: ubi ſex ſimul capita enumerantur ex omnibus maximopere obſervanda, quæ eidem ab natura perſpicue ducta videntur. Civile vero jus eſt, quod unaquæque Civitas ſibi ipſa conſtituit, ejuſque hoc proprium eſt: *juſſum* ſcilicet *Civitatis, ad cujus tenorem univerſi, ac ſinguli in eadem Rep. vitas, & actiones conformare debent, in Civilem beatitatem.* Id quod ſi proxime in utilitatem tendat ſingulorum, *Privatum*; ſin ad ſtatum pertineat Civitatis, *publicum* dicitur. Unde etiam Cicero, *legibus in ſingulis Civitatibus contineri* docet *Reſpublicas.* Certe Plato patriis legibus antiquiſſimis convenienter, præcipua, quibus velut firmamentis ſocietas hæc, & communitas fuerit innixa, recenſet capita. *I. Unam religionis Sanctitatem. II. Studiorum & ſententiarum ſummam de hereditaria Regum, utpote Divini generis, ſucceſſione conſenſionem. III. Membrorum imperii in tuenda ſalute publica concordem voluntatem. IV. Antiquarum legum, ut cœleſtis deſcriptionis,*

Scal. de cauſſ. L. L. lib. I. c. XXVIII.

Cic. de invent. lib. II. p. m. 110. & ſeq. Ad Heren. lib. II. p. m. 15. §. I. Inſtit. de Jur. Nat. G. & Civil. Cic. de leg. lib. d. I. p. m. 159. l. II. ff. de legibus, Senatuſque conſ. & long. Conſvet.

Cic. lib. III. Off. p. m. 418. & ſeq. Plat. Atlant. p. m. 745. & ſeq.

Fragm. Leg. Vetustiss. Her. s. c. xx. p. m. 182. *mentisq́ Divinæ, constantem observationem.* Sigh rätt Lagh a Landi b ytå: Wid þa fornum logum halla. Præter varia privati Juris capita, quæ Dialogis suis s. Plat. Dial. s. libr. de Legibus passim. libris de Legibus idem Plato ex Hyperboreo Jure petita breviter inspergit.

§. IX. Cumque apud Plautum rectissimè mon- Plaut. Pers. IV. IV. 6. stretur, si incolæ benè sint morati, pulcrè munitam videri civitatem:

Perfidia & Peculatus ex urbe, & Avaritia si exulant.
Quarta Invidia, quinta ambitio, sexta obtrectatio,
Septimum perjurium. - - - Octava indiligentia:
Nona, injuria: decimum, quod pessumū aggressu scelus:
Hæc nisi inde aberunt, centuplex murus rebus servandis parum est: Ipsaque naturæ ratio, quæ ex sententia Cic. de Offic. lib. III. p. m. 420. Ciceronis, lex divina & humana est, idem omninò dictitet: Omnium idcirco solicitas, Rex noster CAROLUS MAXIMUS, in his atque aliis exstirpandis, & funditus tollendis vitiis, curas superare, ac industrias jure meritoque censetur. Qvi sane mira conjunctione & potestatis & sapientiæ eo usque pertendit, qvo virtus vera suffulta prudentia, felicibus etiam auspiciis, unqvam possit eniti. Ut enim taceam fortitudinem summam, belliqve peritiam, qvam suo malo tot bellicosæ Gentes toties sunt expertæ, & vindicatam Regno Decoris antiqvi perpetuitatem, Regis CAROLI profecto vigilantia, Divinaque prudentia, operta quæ fuerunt, aperta sunt, & Res Sveonum, culpâ nescio quorum, tanta inclinatione temporum, tantisque negotiorum vicissitudinibus, mirum in modum debilitata, nervis suis nunc firmatior atque instructior exsurgit, summumque avet fastigium

con-

conſcendere. Et quamvis annis his regimen præcedentibus Regis CAROLI, imparati cum à militibus, tum etiam á pecunia fuerimus, nunc tamen, quod benè vortat, eo ſtatu poſiti conſiſtimus, ut nullius cujuſcunque populi, nullorum quorumque inſultorum vim ac opes formidemus, quando REGI NOSTRO OPTIMO CAROLO, neque rerum gerendarum nervus pecunia, neque miles in acie, ſic compoſita conſtitutaque Rep. DEo clementer adgubernante, deeſſe queat. Avertant modo Fata benigniſſima miniſtros, qvi non vero, ſed ficto quocunque officio, non ſincera, ſed ſimulata ſedulitate conjuncti, magis opportuna opera nonnunquam, quam aliquando fideli gloriari poterunt. Abeſſe jubeant quam longiſſime illos gurgites, qui ſangvinem helluantes Reip. ad cœlum inde villas atque domos ſuas, viſceribus ærarii conabuntur exſtruere: quorum mores rapere properabunt, qua ſacrum, qua publicum. Inimicitiæ ſunt, ſubeantur: labores, ſuſcipiantur: modo benè Rei ſit publicæ. Qvin & ipſa ſane JUSTITIA priſca, in tanto aliarum ſuper alias acervatarum legum, ac conſtitutionum cumulo, fontem omnem publici privatique juris, qvin immò præſidem ſeſe nactam eſſe fulgentiſſimum firmiſſimumqve in CAROLO NOSTRO REGE, gaudet, exſultat, triumfat. Cujus utique anima ſacra & venerabili, leges ac conſtitutiones æqviſſimæ vigent florentqve. Cujus virtutes ijſdem, qvibus ſolis curſus, regionibus atqve terminis continentur. Qvæ ſic in luce Svegoniæ, in oculis ſeptemtrionum, atqve in auribus omnium Gentium ac Nationum poſitæ, memori grataqᴜe fide poſteritatis recolentur

lentur. Audies idcirco nunc, vel metu, vel amore REGIS, felici principatus ſtatione Remp. foventis, diſſimilitudines in civitatibus ſtudiorum, & voluntatum longe qvam antea minores: audies cauſſas dextrè ſublatas, qvæ animos ante utilitatis ſpecie conturbarant: audies in judiciis omnibus per univerſum hoc regnum, occultis ceſſantibus indiciis, impuriſſimiſque cavillatorum faucibus, & latratibus rabularum Fora moventium, promtum ſine ſordibus in re judiciaria conſilium, promtam cauſſarum dijudicationem, promtam exſeqvendi rationem; atqve omnium adeo bonorum conatus, concentu ſvaviſſimo id anhelantes, ut *Salus* ſit maneatque *Publica.*

ἈΡΧῊ ΛΑΜΠΡΟΤΆΤΗ ΔΙΌΣ ἘΣΤΙΝ ἊΝ ὙΨΙΜΈ-
ΔΟΝΤΟΣ:
ἈΛΛ' ΕἸΚῺΝ ΖΗΝῸΣ ΠΑΜΒΑΣΙΛΕῪΣ ΚΆΡΟΛΟΣ.

Addenda ſuis quæque locis, & emendanda. Ad pag. 2. v. 11.

Jacob. Ziegler. Landav. Bavarus in Deſcript. Scandiæ, edit. Argentorati, Anno CIↃ. D. XXXVI. p. LXXXVI. Jacob Zieg. in deſcript. Schondiæ p. LXXXVI.

ALii Plinio etiam antiquiores fortunatas terras, & homines Macrobios, atque omnium juſtiſſimos mortalium, ſub hoc terrarum tractu poſuerunt, & inde veniſſe virgines ferunt ſollenni religione cum votivis donis Delphos. &c. *Clariſſima hæc teſtimonia ſunt ex tanta antiquitate, cũ magnitudinis & frequentiæ Scandiæ, tum probatiſſimæ vitæ Gentis.* Procop de bell. Goth. Lib. II. c. XV. p. m. 424.

Ad p. 3. v. 3. Procop. de bell. Goth. οὕτω μὲν Θουλῖται βιοῦσιν, ὧν ἔθνος ἓν πολυάνθρωπον, οἱ Γαυτοί εἰσι. παρ᾽ οὓς δὴ Ερούλων τότε οἱ ἐπήλυται ἱδρύσαντο. Quæ verba ſic transfero. *Ea eſt Thulitarũ vivendi ratio, qui pluribus nationibus diſcernuntur. Una tamen omnium maxime floret, Gens Gautorum numeroſa; quam juxta Eruli tum adventantes conſederunt.* Ex hoc loco primum diſcimus, *Gotthos*, hiſtoriis noſtris convenienter, eſſe quoq; *Gautos* appellatos. Deinde, in numero ſimul *Thulitarum* vel maximè conſpici *Gotthos* ſive *Gautos*. *Thulen* idem etiam Procopius πρὸς τῇ Ἄρκτῳ τὰ ἔσχατα, ad extimum oceanum ſeptentrionalem collocat, hoc eſt, ut verbis hæc Ciceronis exponantur, ſummam ad regionem aquilonis, πρὸς βορρᾶν ἄνεμον; unde quoq; Scandia ſive Scandinavia, uti ſupra diximus, veteribus denominata. Et quamvis in origine Ἄρκτου vocis feliciter indaganda diſſentiant interpretes; meo tamen judicio longe cenſetur verius ſic appellari, quod Martium omnino populum, ſibique ipſi ſufficientem formet. In quo cum Getica lingua peramicè Græca conſpirat. Ἄρης n. Græcorum, *Mars*, Id. Lib. IV. cap XX. de bell. Goth. p. m. 624. Id d. L. II. c. XV. in princ. p. 422.

vid. p. 104.

Ari eſt Gothorum, & Κοττεῖν Græc. *Kotta* Gotthorum, pro Κόπτειν, quod eſt *ſcindere, cædere, ferro vaſtare.* Nec, quod ab ἄρι & κότος deducunt alii, aliam, ut opinor, ſententiam id habere poterit: licet connitantur animo, & labore contendant, ut hæc natura cohærentia, verbis queant diſtrahere.

Tacit. de Mor. Germ. c. II.

Ad eand. pag. d. v. 3. Tacit. lib. de mor. Germ. c. II. *Ipſos Germanos indigenas crediderim, minimeque aliarū Gentium adventibus mixtos.* Poſtea. *Celebrant carminibus antiquis (quod unum apud illos memoriæ & annalium genus eſt) Tuiſtonem* (lege Genealogiæ convenienter Tiuſtonem) *DEum Terrâ editum, & Filium Mannum, originem Gentis conditoreſque.* circa fin. capitis. *A ſe ipſis invento nomine.* Et cap. III. *Germaniæ populos, propriam, & ſinceram, & tantum ſui ſimilem Gentem exſtitiſſe.* Hinc & Τεύτονας Græci ſcriptores Ἀδελφὲς, Romani Germanos appellarunt. Ἀδελφὲς inquam, ab α cong. & δελφὺς, ex eadem quaſi matre (Terra) natos: Et *Germanos*, ex eodem germine, quippe quibus collecta populi colluvies ſordida initia non dederit. Unde etiam hoc ſeuſu *Germani*, Γερμανοὶ, *Gallorum*, quos Γαλάτας vocitant, fratres Romanis rectiſſimè, cenſente Strabone, dici poterant, quod Γνήσιοι, q. Γονήσιοι (à γίγνομαι, quod eſt *naſcor*) unius ejuſdemq; fuerint originis, τῷ πλεονασμῷ τȣ̃ μεγέθȣς καὶ τῆς ξανθότητος, magnorum corporum, fulvique coloris, tunc temporis, excellentia, moribus, & victu conſimiles.

Cap. III. in fin. vide Plutarch. in Mar. p. m. 419. ubi ſæpius ita nominantur.

Strab. Geogr. Lib. VII. p. m. 290.

Plin. Hiſt: Nat. lib. II. C. LXXV.

Ad p: 17. §. XI. v. 13. Plin: in Hiſt. Nat: *ubi æſtate lucidæ noctes, haud dubiè repromittunt id, quod cogit ratio credi; ſolſtitii diebus accedente ſole propius verticem mundi, anguſto lucis ambitu, ſubjecta terra continuos dies habere ſenis menſibus, noctesque è diverſo ad Brumam remoto. Quod fieri in inſula Thu-*

Id. lib. IV. c. XII.

le,

le, Pythias Massiliensis scripsit, sex dierum navigatione in septentrionem à Britannia distante.

Ad p. 23. v. ult. Quöd ad vocabula Getica Persicæ lingvæ, ceterarumque Turc. & Arab. affinium attinet, notari probè poterunt sequentia, quæ, præter alia tantum non innumera, originem nostræ debere monstrantur.

& *ata* Turc. *pater*, alias *baba*
ebu & *Wälid*, Ar. *peder* & *pezer* Pers. vid. cap. III. §. IX. p. 76.
ab *Ata s. Atta* Gothorum, & à simplici verbo *a*, ut alibi plenius ostendimus. Hinc *ætt, agnatio, cognatio, ætter-træ, arbor consanguinitatis.* Hinc etiam Ἄττα & Τέττα Græcorum. *Peder* & *Pezer* Persarum est à *Pader s. Fader* Getarum, literis p & f vices alternantibus. Unde quoque πατὴρ Græcorum, atque etiam *pater* latinorum: non á πάω primum, quod est *pasco*. Sed & *mithra* Persis à *mithr s. mother* dicitur Gothorum, quæ μήτηρ Græcorum, & *mater* Romanorum. Pers. *Dochter*, Goth. *Dochter, doter, dotter*: Unde *Ægis dætr*, *maris filiæ undæ* vocantur. Nec disconvenit Græcorum θυγάτηρ: licet in nominis notatione dissentiant interpretes. Ab *a* & *agha* etiam Gothorum, est *agha* Turc. p. Pers. *aghäiän*, Arab. *ægha-wät*, *dominus*, veteribus Scythis & *agha* & *aghandi* dictus, ut antiquarum legum loca longé plurima commonstrant. Quin & *wezïr*, *Princeps, supremus administrator*, Goth. *wisir*, vulgó *wise* nuncupatur: Hinc & Odinus *walhallar wisir Manium princeps* appellatus, atque *dominus*. *Dominus*, inquam, quum & simplex *Sir* Getica lingva *Dominum* notet. Qui quoque *Kiri* in vetustis Historiis librisque annalibus insignitur; unde Græcorum Κύριος. Ut taceam, vocabulum *Sir* sive *Sire* á Getis nostris ad Britannos, Scotos, Gallos, Hispanos, Italos aliosque transiisse. *Kyrär*,

C. I. ¶. V. Arfdabr. Westg. L.

C. V. ¶ XX. p. 136.

Herv. s. C. XV.

Herv. s. c. XIX. Ann. part. Edd. Nafn Odins. Rett. bot Magnusar. K. Olofs saug. c. CCXXIV. Gretl. cap. LXXII.

Gotr. & Rolf-saug. c. I. in fin.

Quiescere, Goth. Kyra, unde *Kyrr*, *quietus*, & *Kyrt*, *quietum*, *i Kyrdum*, *um Kyrt*, *tranquille*, *sine tumultu*. Ex eadem origine *Karârlyk* T. *constantia*, *Kararlü*, *constans* *Kararsyzlyz inconstantia*. *Karârgâh*, Ar. Pers. *Sedes quieta*, *mansio*. & itemq; *Kara* T. *continens terra*, *terra firma*; præter alia pluscula. Inde etiam Græcum Κυρȣμαι, *firmo*, *constituo*. Κῦρος, *firmamentum*, Κυρίως *firmiter* &c. *ber* Pers. contractum á *bâr*, *onus*, *fructus*, Goth. *ber*, *bær*, à *bara*; unde etiam *barn liberi*, *Abarigar*, *Aborigines*, qui primi Italiæ cultores Justino *berr* Arab. *bæhr*, *solum*, *terra*. Persæ sæpius efferunt sine ω *ber* Goth. *bahr*, *bar*, *fundus*, *prædium*, *villa*. Βάρος Græcis etiam est *onus*. Verbum est βαρέω. Βάρις, *navis onera ferens*, *mercibusque asportandis inserviens*. *bürg* Ar: *hysâr*. *Mœnia*, & *turris arcis*. *bârû* Pers. Goth. *burg*, *borg*, à *baurga*, *burga*, *bærga*, *byrga*, *gærda*, *tueri*, *abscondere*, *castello*, *castro sepire*. In legibus communibus Magni Erici & Christophori Regum, Regis esse dicitur *radha Borgom och Landom*. Ulphilæ quoque *Baurg* appellatur: Græcis Πύργος, προμαχεὼν Hesychio, Jon. pro προμαχὼν, quod est *propugnaculum*: πυργόω est *turris instar erigo*. Quin & Vegetio *castrum*, *castellum* Goth. *Kastali*, *Burgus* vocatur, & Livio *Pyrgus*. *Asciburgii* mentionem facit Tacitus. *Burgorum* pariter mentio in Jure Romano occurrit. Turc.

Justin. lib. XLIII. c. I. Hervar. saug. c. XII. Torst. Wikings s. saug. c. II. Cic. lib. XV Epist. Fam. IV. Cap. II. legum Regn. commu. Magni Erici & Christ. Hesych. in πύργος p. m. 806. Vlph. loc. plur. Sverr. saug. p. I Vege. IV. 10. Liv. XXVII. 32. vid. Tit. de fundis Rei priv. & salt. div. dom. C. I. & de Burgariis C. T. Tacit. lib. de mor. Ger c. III. Fragm. l. leg. Westg. subjecta tit. um alsmæn Bærg. leges antiquior. & recentiorit. Konungs Bal.

bâjir mons, *mons nudus*. Goth. bairg, biargh, biærgh & bærgh scribitur. *Hysâr*, ut dixi, *mœnia* & *propugnacula* sunt, non secus ac Majoribus nostris in legibus. *Hwsom eller Landom rada*, *castella* & *provincias regere*

âl A. *proles*, *progenies*, *posteri*. Goth. *al*, *ald*. Verbum est *ala gignere*, *augere*. Unde Græc. ἀλδέω, *augeo*, itemq;

itemq; ἀλδήσκω *augeor*, non ab ἀλέα, quo vocabulo *calor* innuitur *solaris*; neque ab ἄλις, *abunde*: uti variantes habent sententiæ interpretum. *Ala* verò ab *a*, unde etiam *aga, auga, auka*. Et hinc αὔξω Græcorum, atque *augeo* Latinorum. *Alda odhal, avita possessio, avitum prædium, möar alder, virginalis ætas, flos virginitatis*, ut in capite XXII. *Arfd. Up LL.* quod alias perperam in nonnullis codicibus excusum cernitur, quum aliqua ibidem desiderentur, quædam etiam vitiosè legantur. *sangiar alster*, ex justis nuptiis suscepti liberi. P. T. *pāšā, Princeps*. Goth. *Biassa, Bassa, pasa*. Ἀρτίμπασα, *Terra Dea*. *Artimpasa*. f. *rähæt, quies, levamentum*. Goth. *rast, ruh, ruhe, ro*. Verbum est *rasta, quiescere, roa, tueri, oroa, inquietare, turbare, impugnare*. *Orosta prælium*, | *huorri orostu, in quovis certamine*. Græcum est ῥαστωνεύω, *otio indulgeo*. ῥαστώνη, *laboris levamentum, otium, requies*, ἀνάπαυσις, ut à Suida explicatur. Eadem etiam significatione apud Suidã sumitur ῥαστώνευσις. Ῥύω verò vel potius ῥύομαι est *defendo, libero*. rāhætlü T. *quietus*, Goth. *rahlilu rolii, roligh*. rāhætlyk, *commoditas*. *Leikur, leikr, leik, lyk, lek*, terminationum esse Geticarum, nemo lingvæ nostræ paullo peritior ignorat. *Kēmz, congerere*. Goth. *Kemza*. Græcum est κάμπτω, *volvo, flecto*. Compos. Συγκάμπτω, *contraho, convolvo*. *erz* Ar. *ier* T. *zemīn* Pers. *Terra, Tellus*, Goth. *ær, er, ier, her*, quam idcirco Tacitus *Herthum*, id est, *Terram matrem ab Herthu* nominat. Inde titulus in legibus antiquis *artir s. ardar bolker, æria, arare, aar, aring* sive *æring, annona, fruges, arins hws, granarium, arder aratrum*. *Aro* Latinorum est ἀρόω Græcorum. *Zemīn* verò Persarum á *sa* dicitur, Getarum, h. e. *seminare*. Græcis etiam

C. I. princ. Jordbr. Up L. c. XXII. Arfdbr. Upl. c. V. sup. c. XIX. p. 129. Cat. Reg. leg. W. Goth. ann. vit. R. Er. & R. Can. Torst. saug. c IV. & XXIII.

Vide Suidam in ῥαστώνευσις, & ῥαστώνη.

Tacit. lib. de mor. Germ. C. XL. Ard. br. Westg. L. cap. XXXVI. q. 2. Bygn. B.

vid. c. I. Wid. br. Up L.

Sup. c. v. § xxvi. s. ult. p. 154. etiam Terra ἄρȣρα, ζείδωρος quasi ζήδωρος ἄρȣρα, *alma Tellus*, παρὰ τὸ ζεῖδος, *pā*, Perſ. *pes*, Græcis πȣ̃ς Goth. *pus, fus, fot.* τρίπȣς, *tripus, tripos*, Goth. *tripus, trifus, trifot.* Æol. τρίπος. Ar. *āwān* *ewān*, Goth. *æwe, æfi* ab *awa habere*; quod ævum in ſe tempora contineat, vaſtoque ſinu ſuppeditet. Lat. *ævum, ſeculum.* Græc. αἰὼν αἰῶνος (αἰὼν n. αἰόνος Dor. litus eſt) αἰωνίζω, *æternū facio.* *māh* Perſ. *Luna*, Goth. *mana* á *ma*, quod eſt *valere*. Magna namq; (cū ſuperſtitioſa etiam ſolicitudine & miſeria) Lunæ vis profanis credita, ab eaq; Cœli temperatio, ad omnia quæ in terra gignuntur, pertinens. Hæc menſes moderabatur, hæc menſibus annū implebat. Græc. μήνη & μάνα, ut mōſtravimꝰ aliás. Nō á μηνȣ̃ν, cū ſit originis

P. 130. C. iv. Kiöp. br. R. M. Erici. c. xiii Byg. B. fl. Vlph. lo. plur. Torſt. ſaug. c. xv. Haavamaal. LXXI. Gell. Noct. Att. lib. x. c. xxv. Sup. c. i. p. 3. Geticæ. *leſā, legere*, Goth. *leſa, leſa ax, colligere ſpicas, ax olæſin, non collectæ ſpicæ.* Hinc & λέγω Græcorum, *lego* Romanorum, & Ulphilæ *liſan.* *k'ürde, Karde, Kare* Goth. Itemque *mæker*. Græc. μάχαιρα, Lat. *Machæra.* & *gīā gīai* Perſ. *Spatium, locus, regio, Terra.* *Gia* Goth. eſt *Terra, ſpatium, hiatus* ſive *ruptura.* Verbum *ge, gæ, gæta, magna largitate fundere, aperire, parere.* Unde P. & Goth. *gīā begīā.* *gīabir* Ar. *Superbus*, Goth. *Giabir, Giafir*, hodie *Giæfwer, ſibi plus iuſto tribuens, ſumens.* Græc. γαῦρος verb. γαίω *ſuperbio.* Turc. *gīaba, donum, dono datum*, Goth. *Giba.* In antiquis legibus *Giæf*, Vulgo *Gåwa.* Nec *Gia*

Vid ſup. d. p. 3. c. i. & p. 36. cap. ii. tantum Getis ſcribitur, ſed *Gauja, Gaja, Goja*, ut Græcis Γαῖα verb. γάω *genero.* *ghæfūr* etiam *condonator, condonator propitius.* Adde quoque *ghæti* & *ghuti.* Act.

Legum antiq. Fragm. & c. i. Arf. Br. Weſtg. ſ. *pleno vigore eſſe, & ramos profundere.* Etiam Gothis *arbor conſanguinitatis* dicitur *gætertræ, attertræ.* *ghælā, eſſe rem magni pretii*, á Goth. *gæla, gælla, eſſe in pretio*; pretio, inquam, quod opinione, aut perſvaſionis delinimento

mento conſtat. Hinc & Græcum *κηλέω, ῶ, mulceo, demulceo, delinio.* *ghæmret* & *ghumer*, Goth. *ghæmr, jæmr, jæmmer, premens aquarum copia, adverſitas, malum*, á Goth. verb. *gauna, ghæma, ghæmra, jæmra. adverſis affligi, conflictari* : Nec non *conqueri adverſam fortunam, lamentari.* Inde Græcorum Γοάω, *γοάομαι* pro *γοάω*, & Latinorum *gemo. γοήμων gemebundus, γόος, luctus, γοώδης, lugubris.* Inde & *gemoniæ, gemoniæ ſcalæ* dictæ ſunt, quas rei vel damnati cogebantur conſcendere. *bend*, Goth, *bend, bænd, band*, á *binda*: Similiter *haldsbend* ſcribitur, & *halsbænd, tenens hominem*, ut *occidatur*, itemque *haldsband*, & *haldsbana*: quamvis hæc deriventur ab *halda, tenere*, & *bana*, quod eſt *cædes, homicidium. Bend* autem ſive *Band* latinè *vinculum, ligamen* dicitur. Græcum eſt *βιῶ*, atque latinum *vincio* ſ. *vieo*, quod & nobis *banda*. *Βία* vis eſt, & *βιασμὸς, vis adhibita* ſ. *violentia, Bindingi* ſ. *bandingi* Goth. *vinculis conſtrictus.* Ar. *bees*. Goth. etiam *bes, bas*, itemq; *pas, afflictio, pœna*. à verb. *baſa* ſ. *paſa*, quod eſt Lat. *batuere, percutere, cædere, conterere, Baſlara, ſica* ſive *dolo, Biornabaſara, machina*, & *foveæ urſorum cædendorum cauſſa.* Græcum eſt *πατέω, conculco, contero, opprimo. Mahas, inſtrumentum quo reſecatur fœnum*, á Goth, *maa & maita, reſecare*; Unde *makr, machæra, Metz, culter, ſtekametz, pugio, wedhemetz venabulū. ha* verò Goth. eſt *hæ, hö, höö, fœnum.* A *maita* eſt *meto* Latinorum, & *ἀμάω* & *ἀμάομαι* Græcorum, unde *ἄμητος meſſis, ἀμητὴρ meſſor, ἄμη falx meſſoria.* *hyr* *tumān*, Goth. *hyr, yr, tuma, dima, dimba, nebula, nimbus, vis venti*, ab *hyra, yra, harwa, horwa, orwa, movere, agitare, in orbem circumque ferre.* Inde *gyrus* Lat. & *γῦρος* Græc. *circulus, ambitus*, verbi *γυρόω.* inde & *hair, hior, gladius*

Cap. I. Mandr. br. q. I. & c. III. q. III. eod. tit. Weſtg. L.

C. XXXIV. in Princ. Rådſtugubal. Nor. L. tit. VI. c. LXII.

c. ult. Sårm. n. edh Wådh. Y. d. c. XXXIV. Rådſt. c. V. Bardag. Bolkår. Weſtg. H.

Conf. Stiernh. in voc. Hairto, & hairus Gloss. ulph. Goth. c. VII. Herv. s.

gladius, Græc. ἄορ, *s.* ἄορ *ensis*, ab ἀείρω *tollo, erigo*, *quod tela arf* & *orf* vibrentur, armaq; quem alarū quasi auxilio in altum atollant. ἀείρω enim est quasi εἰς ἀέρα αἴρω: quomodo & apud Homerum ἔντεα dicuntur Achillem ἀείρειν, ex consvetudine loquendi veterum Gothorum, armis alias quoque exsultim ludentium, atque etiam, honoratissimo assensus genere, concrepantium. Ex eadem origine *hairta, hærta, hiærta*, *cor*, κέαρ, cont. κῆρ, verbi καίω, vel κέω: qvum animam jam efflante homine, aut exspirante animali, *cor* tamen aliquandiu pulsare, vitamque in se retinere videatur. Quamvis corde jam penitus quiescente, motum observare liceat in auriculis superstitem, ac ultimo in auricula dextera; Quin & ibi tandem cessante omni pulsatione, in ipso sangui-

Harv. Lib. de Gen. animal. Exercit. LI.

ne, auctore Harveo *Lib. de Gen. animal. undulationem quandam, & obscuram trepidationem, sive palpitationem, extremum vitæ indicium reperias.* Unde verissimè simul concluditur: Sanguinem esse fontem vitæ, sedemque animæ præcipuam: ab eo namque reliquæ omnes

Id. lib. de motu sanguinis.

universi corporis partes *calore influente foventur, & vitam obtinent.* Adde his eundem *lib. de motu sangvinis.* Originis autē ratio potissima, quod naturales omnes mo-

Id. Exercit. LVII.

tus à virtute cordis profluant, ab illoque dependeant; licet spontanei illi, actionemque aliquam perficientes, quos *animales* appellant Medici, sine cerebro & sensu communi dirigente fieri nequeant. Jük' Turc. *onus, jugum*, Goth. *juk, ook*, Latin. *Jugum*. Græc. ζυγός.

satt, cœtus, Goth *satt, sueit, swet*, verbi *sæwa, swæwa, swæswa, convenire, comitari, ultro citroque commeare*: *sæssa sodales*, σύσσιτοι *convictores*, verb. συσσιτέω. Quod

c. VIII. Bygd. br. Ok.

si ex σῖτος deducere voles, & hoc origine Geticum erit; *sit* n. *sad* vocatum veteribus *frumentum*. *setr, occultare*,

cultare, supprimere, componere. Goth. *setta, satta, sættarbod, oblatio reconciliationis, sætt mal, reconciliatio, sætt mal ok bött, causa composita & mulctata, sættarfunder, conventus reconciliationis, sættas, componi.* *semīn, magnæ æstimationis, magni pretii res, cujus præcipua est dignitas.* Goth. *semin, sæmd, dignitas, ordo, & decentia. Sæmeliger, dignitati conveniens, honestus, med semeligum munde, convenienti dote, semiliga, honorificé, semia, dignè administrare, semjast, convenire.* Græc. est σεμνὸν *dignitas,* σεμνὸς *honestus, dignitate præditus.* Formatur ex prima persona præt. pass. σέσεμμαι á σέβομαι : quamvis & hoc Geticæ sit originis, ut monstravimus alibi. *der* Pers. *Janua, porta.* Goth. *der, dyr, dör.* Græc. θύρα *janua, ostium.* θώραξ Hesychio πύργος, *munimentum,* itemque χιτὼν *tunica exterior* aut *interior*, *lorica.* Jon. κιθὼν. *Derbān*, custos ianuæ, ut veteribus Gothis. θώραξ etiam *lorica, thorax,* supra laudato Hesychio sic interpretante. : huic enim χιτὼν, στῆθος, λωρίκιον dicitur ; nec non πύργος ; Qui quoque alia simul pluscula diligenter & acuté scienterque exponit. Rectè ergò Ovidius : *Grajaq; quod Getico mista loquela sono.*

Fragm. antiquis. legum. Gaut. oc. Helsf. c. v. Herv s. c. XIII. Hirdskra variis capitibus. C. III. & XVII. Torst. saug. Herv. s. c. IV. XIV. & XVIII.

C. XII. Torst. saug. Hesych. in θώραξ. p. m. 451. Id in θώραξ p. 453.

Ovid. lib. V. Trist. Eleg. III.

Quumque præsentes hæ pagellæ sufficientem enucleationem non capiant ; ideoque sequentia vocabula hac occasione tantum attingere volui, una cum ceteris longè plurimis, accuratiore & numero & collatione, peculiari opere, si DEus volet, alias illustranda. Pers. *nis'esten, sedere,* Goth. *sitia, nisitia, nidsittia.* Kaz T. anser, Goth. *Kaz, Gaz, Gas, nausgas* est *anas* *g'ōl,* Turc. *k'ūl* Pers Goth *giöl, lacus, stagnum, palus,* *pūs't. aqua brevis, torrens,* Goth. *puss.* *last, jactus, percussio, percussio lenis,* Goth. *læst, læsio.* *Kæst, intentio, consilium.* Verbum etiam ipsum

Her. saug. c. XV.

C. III. Bygbr. ll. R. C. & M. E.

 signi-

R. Berg. conf. Vpl. leg.

significat, *animo decernere, eligere*, non secus ac nostrâ lingvâ vernaculâ, *Kæsa*, *Kiosa*. unde Kæst, Kæsar, *electus*.

Herrauds och Bosa saug. c. IV.

Koghlamak, *deferre*, *clanculum diffamare*, *obtrectare* Goth. *Koghla*, *Kokla*. De termin. *mak* dicetur in sequentibus. *semir*, *butyrum*, Goth. *semir*, *smir*, *Smör*. Ar. *sewr*, *bos*, *pecus*, Goth. *sewr*, *seur*, *sôr*, *saudr*, *söder*. *ilmek*, *offendere*. *ilenmek* *imprecari maledicere*. Goth. *ilmaka*, *ilmala*, *facere iniuriam*, *facere convicium*, *afficere contumeliâ* : quod

Thorst. s. c. XVI. & seq.

etiam in Thorst. sag. dicitur *illyrda*. *ikāz*, *ujāndürmak*, *Expergefacere*, Goth. *ika*, *weka*. *weckia*, *excitare è somno*. idem & *uiandurmak* significat. Ex hac verò terminatione *infinitivorum* in *mak* vel *mek*, agnoscimus voces esse *Turcicas*. Sic & *c'iftlendür mek*, *matrimonio conjungere* G. *giftandi maka*. *c'ift* Pers. Turc. & *giüft*. *Coniux*, *uxor*, Goth. *gipt*, *gift*. *igiād*, *inventum*, *consilium*. Goth. *i-*

Præf. R. Berg. ad leg. Vpl. Fragm. Ll. Ion. Rugm. p. 25. Gaut. ok Hrolf. saug. c. XLV. Torst. saug. c. XX. Torst. s. c. XXII. c. XIV. Kiöpmbr. St. c. XXII. §. 4. Thingsbr. West. göt. Ll & Stiernhielm. in indice

giad, *higiad*, *hygiu*, *brysthyggiu*, verb. *Higga comminisci*. *girān*, Ar. pl. *vicini*, *consortes*, Goth. *girannar*, *grannar*; *grænd*, *vicinia*, *vicinitas*, *confinium*, à verbo *greina*, *distingvere*. *Eggreynar*, *acies ferri ab utraque parte*. *dachs'em*, *crassus*, *corpulentus*, Goth. *Dæck*, *dick*, *dicksam*, *tiock*, *digur*, *dikur*. *Sed dikur sward*, *decas* s. *manipulus gladiorum colligatorum*; non ut exponit Stiernhielmius. *hyta*, *sepimentum*, *casa*. Goth. *hyta*, *hydda*, verb. *hyta*. *serkerd*, & *sergerdā*, *vertigo capitis*, *furor*, *cum quis nescius est quid agat*. Goth. *serkr furor* est, & *berserkr*, *berserkur*, *certo*

Torst. saug. c. III & XVII. Herv. s. c. I. &

quodam furore in pugnam ruens. *regd*, *terreri*. *metu concuti*, Goth. *redas*, *radas*. *rüg-ā*, *reditus*

reditus, reversio, rüg-ān, reducere, Goth. *ryggia, rygga. Pars corporis posterior, rygg, dorsum. ræfz, separare, inquirere,* Goth. *ræwa, ræssa.* inde etiam *Ressingar* þ*ing, Ræsstaþing, Ræssinga thing. Regium judicium pro cognoscendis, & vindicandis ijs, quæ contra salutem publicam committuntur. Ressing castigatio, pœna, ruf. ref, dimotio quoque & dejectio de loco, officio.*

III.Ad. Ver. in ind. Ol. fs f. c. xcI. Ræfstabr Ol. Ting. r. Westg. L. c. III. Herv. f. c. xIII.

ref, idem omninò notat. *ræwgh* & *ræwaghān* Act. de *vulpe, & eo qui vulpina est astutia.* Goth. *ræf, ræwugr, ræfachtig, Refkeyla, vulpes fœmina, Krokaref, deludens dolis. As'ik'ār* Perf. *evidens, ās'ik'ār, monstrare, manifestare.* Goth. *asikar. Asikar eru raan, Byorn &c. evidens vis major est, quæ ab latrone, urso &c. infertur.* Casus ita *manifesti mereque fortuiti* in legibus W-Gothicis recensentur, tit. wthgartha br. c. XIII. mss. sed in excuso Stiernhielmii codice legitur *asikkia.*

Torst. f. c. xII.

Kroka refs f. tit. & pl. p.

Westg. L. Vtgarth. br. c. xIII. & Rättlbr. c. vIII.

āfet, pl. āfāt, noxa, damnum, defectus. Goth. *afat. Huat ock ær hin heþne læt afāt vara. Quod a. profano illi* (Vigero) *defuit.* Et hæc sunt vocabula *Persica, Arabica, Turcica,* quæ quidem in præsens stilo consignata volui, quum ex nostris omnino neminem origines eorundem antehac ex Getica lingva elicuisse constet. Sunt & alia longè plurima, tantumq; non innumera, quæ tamen, uti supra scripsi, in temporis aliam occasionem, peculiari opusculo reservantur. Dixi ex nostris. Nam ex aliis nonnulli tantum tentarunt, quos inter eminet linguarum Orientalium peritissimus Gravius, decem omnino vocabubula persica recensens, è pleniore veluti messe Gothica spicilegii loco relicta, quæ apud eundem videri poterunt. Quod ad Persicas etiam leges attinet, eædem antiquissimis nostris patriis persimiles sunt. Quarum summa hæc & generalis erat; ut in

Præf. Reg. Berg. Magn. fil. in leg. Vpl.

Grav. Elem. Ling. Perf. p. 90.

antecessum animi civium ritè formarentur, ne in vitia ruerent præcipites, & contra leges delinquerent. Hinc & Xenophon de Instit. Cyri lib. I. Οἱ δὲ περσικοὶ νόμοι, προλαβόντες ἐπιμέλονται ὅπως τὴν ἀρχὴν μὴ τοιοῦτοι ἔσονται οἱ πολῖται, ὥστε πονηροῦ τινος ἔργου ἢ αἰσχροῦ ἐφίεσθαι.

ΚΥΡ. ΠΑΙΔ. Βιβλ. πρωτ. p. 3. Edit. Leuncl. vide quoque pag. seq.

Quem versum é Græco in latinum sic convertimus: *Persica verò leges prævenientes, principio provident, ne ejusce modi cives evadant, qui improbo aliquo, turpive facinore delectentur.* Scilicet hoc vel maximé propositum erat, ut non tam pœna metusque supplicii, quam ipsa turpitudo terreret ab injuriosa facinorosaque vita. Unde de Majoribus nostris Tacitus verissimé:

Tacit. de moribus Germ. c. XIX.

Nemo illic vitia ridet: nec corrumpere, & corrumpi seculum vocatur. Et paulo post: *Plusque ibi boni mores valent, quam alibi bonæ leges.* c XIX. *De mor. Germ.* Itemque Justinus:

Iustin l. II. c. II.

Prorsus ut admirabile videatur, hoc illis (Scythis) *naturam dare, quod Græci longa Sapientium doctrina, præceptisque Philosophorum consequi nequeunt; cultosque mores incultæ barbariæ collatione superari. Tanto plus in illis proficit vitiorum ignoratio, quam in his cognitio virtutis.* Sed vera causa ex antecedentibus redditur manifesta.

Præfat. R. Birg. in Upl. leges.

Cedro digna sunt verba Regis Birgeri, Præfatione in leges Uplandicas: *Warin allir rættwisir, tha thurfti ai lagha widh. Si omnes justè vitam transigerent, legibus haud opus esset.*

Plin. lib. II. C. LXXVIII.

Ad p. 24. v. 16. Plin. lib. II. c. LXXVIII. *Et adversa plaga mundi atque glaciali, candida cute esse gentes, flavis promissas crinibus, truces verò ex cæli rigore.*

Procop. de bell. Goth. lib. IV. c. V.

Ad pag. 27. §. IV. v. 3. Procop. bell. Goth. lib. IV. c. V. Edit. Paris. M. DC. LXII. πολλῷ δὲ ἄποθεν, Γότθοι τε καὶ Οὐϊσίγοτθοι, καὶ Βανδίλοι, καὶ τὰ ἄλλα Γοτθικὰ γένη ξύμπαντα ἵδρυντο. Οἱ δὴ καὶ Σκύθαι ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις

ἐπεκαλοῦντο. Interpret. Claudio Maltreto. *Hinc longius siti erant Gotthi, Visigotthi, Vandali, aliique omnes populi Gotthici : qui & Scythæ quondam nominabantur.* Sic etiam plures recensentur populi Gotthici, *lib.* 1. *Bell. Vandal. c.* 11. *in princ.* in iisque Γήπαιδες, Gepædes : Ubi simul traditur, Getarum Gotthis esse nomen á quibusdam scriptorum tributum ; omnibus tamen eundem, quamquam in tanto nationum & hominum numero, habitum corporum, easdem leges, eadem sacra, unam in commune lingvam fuisse, quam Gotthicam vocarunt.

Id. lib. 1. Bell. Vand. c. 11. in princ.

Ad pag. 28. v. 20. Horn. Not. & Obs. ad Nepot. Milt. III. 2. *Probabilis magni Salmasii sententia, à Getis nomen fluxisse Scytharum : undè præposito* Σ *more Æolum fecerunt* Σκύθας. Et de Reg. *n.* 4. *Getæ, Gotthi, Gitæ, Kitæ, Scythæ, unius nominis Gens in multos populos divisa.* Hæc eo valent, & adducuntur, ut communis eruditorum consensus monstretur, nomine *Scytharum, Getarum, & Gotthorum*, unam eandemque Gentem scriptoribus intellectam, licet in multos inde populos discreta tempore procedente fuerit. Eos verò, vera in origine vocum elicienda, haud parum sæpé alucinari minimè miror, quum res ista per se manifesta, variis oppositis obstaculis, difficilior reddatur & intricatior, quam ut á peregrino satis possit explicari atque excuti.

Horn. obs. ad Nepot. Milt. III. n. 2. Et de Reg. n. 4.

Ad pag. 36. v. 7. Neque aliæ Troianæ leges sunt, quam Suionum, quarum meminit Joannes Spelmannus, quasque, cum in exitu fermè nonum à CHRISTO nato seculum esset, suis curavit inserta Ælfredus Magnus Rex Anglorum, ut manifestè aliqua probant capita, quæ ab laudato Spelmanno, qualicun-

Ioannes Spelman. vit. AElfrid. Magni lib. II. & III. & plurimis sequentibus.

licunque modo, oculis animisque lectorum subjiciuntur, se melius ipsa ostendentia, si cum ipsis illis nostratibus, exquisita veterum industria longè ante conscriptis constitutionibus conferantur. De quibus alias.

Ad pag. 51. v. 18. Ziegl. in descript. *Schondiæ*, de *Svecia*. *Svecia Regnum est dives argenti, æris, plumbi & ferri, frugum, pecoris, & proventu immenso piscium ex fluminibus, lacubus & mari, venationibus quoque ferarum.* Et de universa *Schondia*. *Mansit illi Schondiæ nomen, quod amœnitatem, sive, ut verbum reddam* (Skön) *pulchritudinem significat: Quoniam Cæli beneficio, telluris obsequio, portuum & emporiorum commoditate, maritimis opibus, lacuum & fluminum piscatione, venatione nobilium ferarum, argenti, æris & plumbi inexhaustis venis, coloni industria agro exercendo, oppidorum frequentia, civilibus institutis, nulli cedit beatæ regioni.*

Ziegl. in descr. Schond. p. c II. de Svecia.

Id. p. Lxxxvi.

Ad pag. 105. v. 13. *Bal, Ballur, Aballur, Abollur, Apollur, Apollo*, præpotentem significat DEum, qvum *a* vim vocis augeat intendatque. Hinc quoque κατ᾽ ἐξοχὴν *Fær* dicitur, s. *pær*, *par*, *qui potis est*, *pollens*, *præpollens*. Unde simul cernitur, quî fiat, quod tot diversæ diversorum notentur sententiæ de origine vocabuli *Parnasi*. Certè quocunque se vertant interpretes, manifestam dare originationem non poterunt. Alii enim ab Græco deducunt, existimantes *Parnassum* q. *Larnassum* fuisse dictum, quod in ipso illo monte λάρναξ, id est, arca, decurrentibus diluvii aquis, subsedisset. Quamvis ne sic quidem de ratione scribendi inter ipsos conveniat. Namque multis scribitur πάρνηθος, licet non paucis rectus casus sit

πάρνης; pluribus etiam παρνησὸς, καὶ παρνησσὸς, unde Gen. Jon. & Poët. παρνήσσοιο; longè verò plurimis παρνασὸς, καὶ παρνασσὸς, quippe cum ipsi Attici sic expresserint, alias η pro α sæpè usurpantes; undè Latinorum *Parnasus*, *Parnassus*, & *Parnasia* rupes Phœbo gaudens. παρνάσιος etiam apud Hesychium occurrit. Alii Syris ipsam hanc vocem acceptam referunt. Verum enimvero hoc ferendum non est; qvum *Parnes* Syriaca lingvâ sit pascere, nihilque Apollini & Musis noscatur commune cum armentis gregibusque per herbas pascentibus. Sunt etiam qui nescio quam miscellam, & quasi *confusaneam*, ut sic cum Gellio loquar, *doctrinam* conquirunt. Quod si verò ab lingva nostra Getica vocis originem malis elicere, *Par-na-ses* s. *Par-na-sus*, mons sive locus fuerit, in quo ædes visitur potentis Dei, sedes Apollinis majestate venerabilis, profundumque Terræ in Oracula patentis. Vid. Hesych. in παρνασὸς, πάρνηθος, καὶ παρνησὸς. iremque Palmerium, Gusjetum, alios ad h. l. Ad Hesych. in παρνάσιος.

Ad pag. 114. post. vers. ult. adjice sequentia. *Profani*, inquam, Iudæis vocantur DEûm imagines in species hominum effingentes. Unde idem Tacitus Pompejum jure victoriæ templum Hierosolymorum ingressum, *nulla intus DEûm effigie vacuam* vidisse *sedem*, & *inania arcana* memorat. Quo etiam sensu Florus: *Verum hanc* quoque (Hierosolymam) *intravit, & vidit illud grande impiæ Gentis arcanum patens, sub aureo veluti cælo.* Vocat impiam Gentem, *quod novos ritus contrariosque ceteris mortalibus* sit amplexa; *profana illic omnia*, quæ apud reliquos populos *sacra*; rursum *concessa*, quæ aliis *incesta*, infamia, atque ab honestate remota putantur: quodque non ipsi solum Iudæi Deorum religiones vel maximè spernant, sed Tacit. Hist. lib. V. c. IX. Flor. lib. III. c. V.

 in

Tacit. d. lib. c. IV. & V.

in morem etiam eorum transgressi, nihil *quicquam prius imbuantur, quam contemnere DEos.* Et Pompejum patens hoc spatium, & inane arcanum vidisse docet sub *aureo tentorio sive concameratione*, cœlum imitante, uti rectissimé monstrat Seldenus. Nec est quod nové hac significatione accipi cœlum objicias, cum ipse ille noster Florus, miro novitatis studio, inauditis omni memoria, & aliis scriptoribus inusitatis, ac absurdis locutionibus omninó delectetur. *Sub aureo veluti cælo*, inquit, sicuti supra eodem etiam capite, *ultima veluti specula*, & aliis locis pluribus ad eundem modum. Nec constantem hanc veterum librorum scripturam mutandam esse existimo. *Veluti* etjam, ut *Uti*, in vetustis codicibus sæpe scribi, notius profectó est, quam ut aliqua admonitione sit opus. Sed ad propositum.

Seld. de l. N. & G. sec. leg. Hebr. lib. II. c. VIII.

Conf. Clariss. Græv. præf. in Flor.

Ad pag. 117. v. 9. unde Persis *pās*, *diffundens*; *zyjă pās*, *lumen spargens* dicitur.

Thys. ad Justin. lib. II. c. I.

Ad pag. 122. §. x. v. ult. Rectè tamen Thysius: Ad *studia quod attinet, quis inter Ethnicos prior Orpheo Pöeta, quem Thracem sive Scytham fuisse constat. Clemens quoque Alexandrinus lib.* I. *Græcos multa accepisse ab iis refert. Neque ipse Plato in Cratylo suo hoc negat.* Vide alia quoque pluscula, quæ ab eodem ad hunc locum congeruntur, quæ quidem omnia neque libet neque vacat exscribere.

Vid. clar. Minell. ad lib. III. AEneid. v. 74. ubi tamen malè, ut alias, Græca excuduntur. & Plin. Nat. Hist. lib. IV. c. XI.

Ad pag. 123. §. XII. v. ult. Sed undè dictus Ægeus? *Æges*, inquiunt, *urbs erat Eubœæ, ubi templum Neptuni Ægæi: unde & nomen mari Ægæo.* Verum adversantur non pauci, vel á scopulo in medio mari exsiliente, & αἰγὸς *speciem capræ* referente, nuncupatum hoc existimantes, vel à protervis undis, αἰγῶν *capra-*

rum

prarum ad modum insultantibus. Sunt qui ab Rege Ægæo, aut Ægæa Regina Amazonum ita vocatum autument; præter alia nescio quæ opinionum portenta, de quibus nunc siletur, ut auctores ipsi lucrentur indicia. Enimverò Neptunus *undisonus*, Getico nomine, *Ægeus* appellatus, quod orbis, sigillatimque *Ægis*, h. e. *Pelagi* imperii summam, omnium gentium Pöetis concinentibus, ritè quasi tenuerit. Propertius: *Hic DEus & terras, & maria alta domat.* Cui etiam tridens pari modo adscriptus, quod *trinus & unus* Antiquitati sit creditus, ut ante monstravimus, & tres simul in æstu effervescente mari fluctus majore mole conjuncti cernantur; quos, & commotam vim in alto ventorum, sævientemque hiemem, ipsius fuerit posteslatis sedare atque componere. Herv. saug. þad eru Ægis dætur: þær ganga þriar saman, er vindur vekur þær. *Undæ inhorrescentis maris filiæ sunt: tres junctim volvuntur surgente vento jam excitatæ.* Quæ idcirco *hafbarur* ab eodem auctore nominantur. Præter alia verò, quæ commeminit Plinius supra laudato capite, Getæ quoque, Scythæ, & Sithonii Orphei vatis genitores celebrantur; in veteribus membranis nostris nonnunquam dicti *Sither.*

Propert. lib. III. ad Cynth. XIX

Id. lib. I. ad Cynth. XX.

Herv. saug. c. XV. p. 145.

Har. s. d. cap.

Plin. circ. fin. cit. cap.

Ad pag. 124 §. XIV. v. ult. Sed Cic. in oratore: *Quin ego ipse cum scirem ita majores locutos esse, ut nusquam nisi in vocali aspiratione uterentur, loquebar sic, ut pulcros, & Cetegos, triumpos, Cartaginem dicerem; aliquando, idque serò, conuitio aurium, cum mihi extorta veritas esset, usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi: Orcivios tamen, & Ma-*

Cic. in Orat. p.m. 331. Edit. Sturm.

 tones,

tones, *Otones*, *Capiones*, *sepulcra*, *coronas*, *lacrimas*, *dicimus*, *quia per aurium iudicium semper licet.* Vide etiam quæ præcedunt, quæque seqvuntur; ubi docet, consuetudini auribus indulgenti libenter esse obsequendum, quum eadem artifex sit suavitatis, atque etiam á quibusdam seró jam emendetur antiquitas. Ex hoc obiter etiam loco discimus, veteres scripsisse *triompom*, & *triompare*, quod quoque nummi benè multi, ipsæque inscriptiones evincunt: Neque tamen desunt, qui rectius oportere scribi contendant *triumfum*, & *triumfare*, quam *triumphum*, & *triumphare*; quos inter locum non infimum jure meritoque sibi vindicat eruditissimus Lansius.

Conf. Ciaccon. Colum. Rostr.

Ad pag. 156. §. II. v. 6. Strabo: Καταρχὰς μὲν ἱερέα καταστῆναι τοῦ μάλιστα τιμωμένου παρ' αὐτοῖς θεοῦ: μετὰ ταῦτα δὲ καὶ θεὸν προσαγορευθῆναι. Itaque hunc (Zamolxin) *primùm Sacerdotem creatum ejus qui maximè à Getis colitur, nomen inde Dei ritè accepisse.*

Strab. Geog. lib. VII. p. m. 297. & seq.

Ad pag. 166. v. 2. Plin. Nat. Hist. *Ex ijsdem* (frugibus) *fiunt & potus, zythum in Ægypto, Cœlia & Ceria in Hispania, cervisia & plura genera in Gallia, aliisque provinciis, quorum omnium spuma cutem fœminarum in facie nutrit.* Confer etiam auctores á Dalechampio ad hunc Plinii locum allegatos. De *Celia* Florus hunc in modum: *Sic vocant indigenam ex frumento potionem.*

Plin. Nat. Hist. lib. XXII. c. ult. in fin.

Flor. lib. II. c. XVIII.

Ad pag. 172. §. VIII. v. II. Quapropter Lucanus:

Certè populi, quos despicit Arctos,
Felices errore suo, quos ille timorum
Maximus, haud urget leti metus. Inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animæq; capaces
Mortis: & ignavum reditura parcere vita.

Lucan. lib. I. de Bell. Civil. p. m. 20.

Ad

Ad pag. 176. v. 22. Præter Ciceronem, & Plinium, etiam A. Hirt. Panſa. *Noviſſimèq́, inquit, imperfecta ab rebus geſtis Alexandriæ confeci.* Sed & Virgilius: Panſ. lib. VIII. De bell. Gall. in princ. Virgil. lib. VIII. Æn. v. 428.

Fulmen erat (toto genitor quæ plurima cælo
Dejicit in terras) pars imperfecta *manebat.* Sed ad rem.

Ad pag. 186. v. 9. Socrates apud Xenophontem: Παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις πρῶτον νομίζεται τὰς Θεὰς σέβειν. ἐκῶν ϗ γονέας τιμᾶν πανταχῶ νομίζεται; καὶ τῶτο, ἔφη. Quæ ſic Latinè reddimus. *Legibus omnium gentium primum receptum eſt, ut DEos colamus. Annon igitur commune hoc jus ubiq́ ſervatur, Parentes ut honoremus? Etiam hoc, inquit.* Xenoph. Memorab. lib IV. p. m. 807. Edit. Leuncl.

Ad pag. 189. Plutarch. Ταυτόν ἐςι τὸ ἕπεσθαι Θεῷ ϗ τὸ πείθεσθαι λόγῳ. *Idem eſt DEum ſequi, & parere rationi.* Plutarch. lib. περὶ τῶ ἀκόειν. haud ita long. á princ. c. XI. & XII.

Ad pag. 195. v. 19. Bürãder, Goth. *brodher, broder, brodhir, brother,* Lat. *Frater,* ab Græc. Φράτηρ. Φράτρια namque, ſ. φρατρία *curia* eſt, & Φράτριος, *curialis,* Φράτηρ *ejuſdem juris & curiæ* conſors. Non igitur frater eſt dictus, *q. feré alter,* uti Nigidius ſubtili ἐτύμῳ interpretatus eſt. *Ejuſdem*, inquam, *juris & curiæ conſors*: quum & *ſoror* ab antiquo *ſero,* quod eſt *necto*, deducatur, q. fratri ſuo, atque ſorori, & ſangvinis, & juris propinquitate adnexa. Arfdbr. Bp. ff. vid. Gell. Noct. Attic. lib. XIII. c. x. in fin. Conf. Fragm. legum, legibus Vpl. ſubjecta.

Ad pag. 197. v. 28. verb. *Herthu, Jardu, Jordu,* in ſexto caſu.

P. 16.

P. 16, pro *e-tiam* lege *et-jam*
P. 27. in marg. ad Procop. Hist. Goth. lib. IV adde c. V. mox, ad Vand. lib. I. adde c. II.
P. 44. pro *wätalum* lege *witalum*, pro *nåkor*, *nåkorn*, pro *tha*, *thar*, pro *togh*, *þoch*, pro *Kunung*, *Kununge*.
P. 48. pro *a-deo*, lege *ad-eo*. P. 61. pro *po-stea*, lege *post-ea*.
P. 70. §. VI. pro *secundum quæ*, lege, *ex quibus*.
P. 72. §. VII. pro *secundum quas*, lege, *è quibus*.
P. 87. pro *sapienttissimos*, lege, *Sapientissimos*.
P. 107. pro *πήμασιν*, lege, *ποιήμασιν*.
P. 108. pro *fore*, lege *fortè*, pro *ὄδωρ*, lege, *ὕδωρ*.
P. 109. pro *ἱεροδ*, lege, *ἱερῦ*. p. 111. pro *plaè*, lege, *planè*.
P. 114. pro *Hedningar*, *qui sive pagani*, lege *Hédningar*. *Namque sive pagani*,
P. 118. pro *Opposita*, lege, *Opposita*.
P. 122. §. XII. *quæ instar avium*, lege, *quæ ad instar avium*.
P. 125. §. XV. pro *instar alarum*, lege, *ad simulacrum alarum*. *Et* §. XVI. pro *duarum nimirum virginum coronatarum*, lege, *duas nimirum virgines coronatas*.
P. 126. §. XVIII. pro *Vistando*, lege, *Vi stando*.
P. 150. pro *secundum eas quoque*, lege, *ex eisdem quoque*.
P. 165. *Vulgo cerevisiam*, lege, *vulgo öl*, *cervisiam*.
P. 172. *ignotum*, lege, *in ignotum*.
P. 197. *Orosta prælium*, lege, *prælium*.

Sunt & alia levicula, non, quemadmodum præscripseram, excusa, quæ legentem, atque solicitè etiam relegentem præter opinionem fefellerunt: Sed menda conspectiora, quæ officinæ incuriâ irrepserunt, ea, prelo jam fervente, in plerisque sunt exemplaribus correcta.

Inclito Viro,

Amplissimo

Dn. CAROLO LUNDIO,

Juris Professori, & Judici Provinciali,

amico veteri,

S. P. D.

NOn sine maxima animi voluptate, Te, Amice sincere, Zamolsen nostrum, satis jam diu tenebris involutum, atque etiam sepultum, in lucem auspicatam, & quasi ab inferis retraxisse video. Gratulor patriæ fructum conatuum, & laborum tuorum splendidorum, supra quam mihi nunc dici potest, egregium, longèq; uberrimum. Gratulor & Tibi curas huic rei ita impensas, ut non possint non omnibus bonis, veriq; amantibus esse delectationi, atq; etiam Tuo amplissimo nomini honori summo. Adsint & fata propitia, ut reliqua quoq;, quæ paras, plurima, multoq;

toq; laudatissima, *cum orbe literato communicare queas feliciter. Te enim satis de cætero vitæ exornat innocentia: exornat pia justitiæ & æquitatis cura: exornant tantum non innumera, in casibus difficillimis, abs te facta finium regundorum arbitria; quæ rata semper ac firma permanserunt omnia. Vale vir consultissime. Dabam Upsalis languente & animo & calamo, Calendis Jun.* A. M. DC. LXXXVII.

Tuus ut hactenus

Joannes Axehielm.
Sup. Jud. Reg.
Adsessor, &
P. C. R. A.